Schmidt, F W
Satura critica

PA
3521
S34

Zu der

öffentlichen Prüfung,

welche

am 26. und 27. März 1874

in dem Gymnasium Carolinum

und

in der Elementar-Schule

veranstaltet werden wird,

ladet ehrerbietigst und ergebenst ein

Dr. F. W. Schmidt
Schulrath.

Inhalt:

1. Satura critica, quam composuit Frid. Guil. Schmidt ph. dr.
2. Schulnachrichten, von demselben.

Neu-Strelitz.
Schnellpressendruck der Hofbuchdruckerei und Lith. Anstalt von H. Hellwig.
1874.

PA
3521
S34

LIBRARY
OCT 15 1964
UNIVERSITY OF TORONTO

934456

Satura critica.

Quoniam fere solet fieri, ut quam adulescentes ingressi simus studiorum rationem, eam vix relinquamus umquam et revocemur eodem vel inviti: non mirum, nanctum me nunc scribendi opportunitatem ad poetas potissimum tragicos Graecorum redire, in quorum fabulis vel explicandis vel emendandis non sine animi delectatione diu multumque versatus sum. Atque ut gratiam quasi referam Aug. Nauckio, Petropolitano, qui liberaliter novam mihi misit fragmentorum Euripideorum editionem, haud paucis locis emendatam, quae horum in primis repetita lectione indagasse mihi videar vitia, quae invenisse ad sanandam orationem tamquam remedia, primum quidem exponere hoc loco animum induxi.

Ne tamen praetermittam, quae minus recte olim disputavi, ordiatur haec disputatio ab

Eur. fr. 36 *γυναῖκα δ' ὅστις παύσεται λέγων κακῶς,*
δύστηνος ἄρα κοὐ σοφὸς κεκλήσεται,

quam sententiam vitio non carere olim in *Anal. Soph. et Eur.* p. 131 falso putabam. Recte enim *δύστηνος* voci *σοφός* opponitur, cum ea adiectiva, quibus subiecta vis est infelicitatis, nonnumquam ad stultitiam et amentiam transferantur. Ac de vocabulo *δυστυχής* ipse iam illo loco O. Schneiderі disputationis in Isocr. Areop. §. 49 mentionem feci; idem autem de voce *δύστηνος* statuendum esse, apparet ex his locis: Eur. El. 923 *ἴστω δ', ἅταν τις διολέσας δάμαρτά του κρυπταῖσιν εὐναῖς εἶτ' ἀναγκασθῇ λαβεῖν, δύστηνός ἐστιν, εἰ δοκεῖ τὸ σωφρονεῖν ἐκεῖ μὲν αὐτὴν οὐκ ἔχειν, παρ' οἷ δ' ἔχειν.* Herc. fur. 1345 sq. *δεῖται γὰρ ὁ θεός, εἴπερ ἔστ' ὄντως θεός, οὐδενός· ἀοιδῶν οἵδε δύστηνοι λόγοι.* Addere his iuvat Hel. 78 *τί δ'; ὦ ταλαίπωρ' ὅστις ὢν μ' ἀπεστράφης*: Amphis com. fr. 21 (3, 309) *ὅστις δὲ θνητὸς γενόμενος μὴ τῷ βίῳ ζητεῖ τι τερπνὸν προσφέρειν, τὰ δ' ἄλλ' ἐᾷ, μάταιός ἐστιν ἔν γ' ἐμοὶ καὶ τοῖς σοφοῖς κριταῖς ἅπασιν ἐκ θεῶν τε δυστυχής.* Dem. Ol. III. § 21 *οὐ γὰρ οὕτως ἄφρων οὐδ' ἀτυχής εἰμι ἐγώ.* Id. or. XIX §. 173 *οὐ γὰρ ἔγωγ' οὕτως ἄθλιος οὐδ' ἄφρων κτλ.* Theogn. 196 *εὔδοξος κακόδοξον* (sc. *εἰς οἴκους ἄγεται*), *ἐπεὶ κρατερή μιν ἀνάγκη ἐντύει, ἥ τ' ἀνδρὸς τλήμονα θῆκε νόον*, h. e. *occaecavit mentem.* Nimirum stultitiam mentisque pravitatem calamitatem veteres ducebant divinitus inmissam, de qua opinione cf. Sauppe in Dem. Ol. II. §. 20. Schneidewin. in Soph. Oed. Col. 800. Neque alienum est consuetudinem nostrorum hominum commemorare, qui admirantes alterius amentiam ac temeritatem fere dicere solent: *bist du von Gott verlassen?* Denique de sermonis latini consuetudine cf. Plaut. Most. 349 *Set ego sumne infelix, qui non curro curriculo domum?* Plin. praef. §. 23 *infelix ingenium.* Quae cum ita sint, non dubito quin Eur. fr. 773, 4 *τυφλὰς ἔχουσι τὰς φρένας καὶ τῆς τύχης*: Maehly vere emendaverit *καὶ δυστυχεῖς.*

Retractato autem hoc loco nova adgrediar. Quae in libris inveniuntur

Eur. fr. 61 *χρόνος δὲ δείξει σ'· ᾧ τεκμηρίῳ μαθὼν*
ἢ χρηστὸν ὄντα γνώσομαί σε ἢ κακόν,

cum vitio manifesto laborent, certatim emendare studuerunt Grotius, Schneidewin., Nauck., atque ille ad explendos numeros particulam istam infersit propemodum infamem *γνώσομαί σέ γ' ἢ κακόν*, quasi vero illius quidem hominis praeter ceteros possint ac non omnium mores ad illam quasi obrussam revocari. Nec probabile duco, quod suasit alter *γνωσόμεσθά σ' ἢ κακόν*, quamquam consuetudo sermonis non repugnat. Item Nauckio vereor adsentiri, cui placuit *γνώσομαί σ' ἤτοι κακόν*. Cum saepius enim inveniatur *ἤτοι-ἤ*, ut Aesch. Ag. 662. 849. Cho. 497. Soph. Tr. 150. Eur. Hel. 1175. Jon. 431. Hipp. 1193. Rhes. 817, a tragicorum poetarum sermone abhorret quantum scio *ἤ-ἤτοι*; cf. Baeumlein Griech. Partik. p. 244. Lobeck. in Soph. Ai. p. 146.* Mihi quidem videtur et facillima esse et aptissima haec emendatio: *ἢ χρηστὸν ὄντα γνώσομαί σ' ἔτ' ἢ κακόν*. De particula autem qua usus sum cf. Aesch. Ag. 1666. Eur. Alc. 731. Tro. 705 et quae Klotzius exposuit in Eur. Hel. 57.

Neque vitio vacant illa ex Eur. Andromeda

fr. 127. *σιγᾷς· σιωπὴ δ' ἄπορος ἑρμηνεὺς λόγων.*

Sententia enim si non *ἄπορος*, at ita est insulsa opinor et futilis, ut ab Euripide eam profectam esse non possim credere. Quid enim? reticendo quid sentias non aperiri commode, num opus putas esse adfirmare? Contra tritum est multumque decantatum illud Ciceronis (in Cat. I., 8, 21): *cum tacent, clamant*. Eodemque haec pertinent, quae sunt apud Terent. Eun. III., 2, 23: *tacent; satis laudant*, et Sophoclea illa Trach. 813 *τί σῖγ' ἀφέρπεις; οὐ κάτοισθ' ὀθούνεκα ξυνηγορεῖς σιγῶσα τῷ κατηγόρῳ*; et fr. 843 *ἡ γὰρ σιωπὴ τὠγκαλοῦντι* (ex Cobeti coniectura) *σύμμαχος*. Praeterea cf. Eur. Iph. Aul. 1142 *αὐτὸ δὲ τὸ σιγᾶν ὁμολογοῦντός ἐστί σου*. Or. 1592 *φησὶν σιωπῶν*. Nimirum, ut utar verbis Ciceronis de inv. I., 32, 54, *taciturnitas imitatur confessionem*, quae ipsa sententia his expressa est verbis Euripideis fr. 967 *ἡ γὰρ σιωπὴ τοῖς σοφοῖσιν ἀπόκρισις*. Apparet igitur, nisi fallor, scribendum esse: *σιγᾷς; σιωπὴ δὲ τορὸς ἑρμηνεὺς λόγων*,

quae emendatio non mediocriter commendatur his locis Aeschyleis: Ag. 616 *αὕτη μὲν οὕτως εἶπε μανθάνοντί σοι τοροῖσιν ἑρμηνεῦσιν εὐπρεπῶς λόγον*. 1062 *ἑρμηνέως ἔοικεν ἡ ξένη τοροῦ δεῖσθαι*, quibus addo 1162 *τί τόδε τορὸν ἄγαν ἔπος ἐφημίσω*; et Suppl. 274 *βραχὺς τορός θ' ὁ μῦθος*.

Gravius corrupta sunt fr. 167 haec: *ἡ γὰρ δύκησις ἅπασι παῖδας εἰκέναι,*
τὰ πολλὰ ταύτῃ γίγνεται τέκνων πέρι.

Ac recte pro *ἅπασι* Gesnerum scripsisse *πατράσι*, consentiunt hodie omnes; reliqua vero, quae sunt obscuriora, nemo expedivit. Etenim neque Nauckii emendatio *ἢ γὰρ δοκεῖ σοι, πατράσι παῖδας εἰκέναι; τὰ πολλὰ ταύτῃ· γίγνεται δὲ κἄμπαλιν* satis probabilis est, nec

proficitur quicquam Heimsoethii (in prooem. lectt. Bonn. aestiv. a. 1867. p. XIX) coniectura *τὰ πολλὰ ταύτῃ γίγνεται τέκνων σποράν*. Nec sane mirum, cum in tenebris iaceat ipsa sententia, lacerato rerum ac verborum contextu. Periculum igitur est, ne mea quoque doctis hominibus minus probentur. Ἐxpromam tamen, quae mihi in mentem venerunt. Ac primum quidem si reputaveris Euripidea illa fr. 323 *ἦν γάρ τις αἶνος, ὡς γυναιξὶ μὲν τέχναι μέλουσι κτλ.* et quae Moschionis feruntur fr. 9 *ἦν ἄρα τρανὸς αἶνος ἀνθρώπων ὅδε, ὡς κτλ.*, non inepte forsitan correxeris *ἦν γὰρ δόκησις*. At hoc ipsum mihi non satisfacit nescio quo pacto, graviusque nisi fallor oratio laborat. Videtur enim antiquitus scriptum fuisse *ΓΑΡΗ*, quod cum non intellegerent homines parum periti vel parum diligentes, inverso litterarum ordine temere scripserunt *ΗΓΑΡ* i. e. *ἦ γάρ*, quo nihil profecerunt. *ΓΑΡΗ* autem reliquiae sunt scripturae verae *PATEI*, quibus litteris si unum addideris quod casu nescio quo interiit *K*. restitueris quod ab ipso poeta scriptum videtur esse *χρατεῖ*. *Κρατεῖ δόκησις* autem sonat i. q. valet opinio, quod ut comprobetur, satis est his uti exemplis: Aesch. Suppl. 294 *φάτις πολλὴ χρατεῖ*. Pers. 738 *λόγος χρατεῖ σαφηνής*. Soph. Ai. 978 *ἆρ' ἠμπόληκας, ὥσπερ ἡ φάτις χρατεῖ*. At quae verbis adfertur vis reclamitat isti suspicioni, nimisque infirmis ea nititur indiciis. Facile concederem, nisi prope eadem via ac ratione saepius ad sanitatem quasi vocatae essent aegrae orationis partes, ut fr. adesp. 346, 1 quae librorum auctoritate firmantur *ΤΙΚΑΘΗ καὶ πίωμεν*, obruta caligine, Meinekii acumine inlustrata et patefacta sunt, qui quidem certissima scripsit coniectura *ΚΑΙΘΗΤΙ* h. e. *κλίθητι καὶ πίωμεν*. Haec hactenus de versu priore; in altero autem *τὰ πολλὰ ταύτῃ* mutandum arbitror in *τὰ πολλὰ δ' ἄλλῃ*, quod si feceris sententia exstabit, in qua vix quicquam vituperes: *χρατεῖ δόκησις, πατράσι παῖδας εἰκέναι·*

τὰ πολλὰ δ' ἄλλῃ γίγνεται τέκνων πέρι.

cf. Eur. El. 369 sq. *ἤδη γὰρ εἶδον ἄνδρα γενναίου πατρὸς τὸ μηδὲν ὄντα, χρηστά τ' ἐκ κακῶν τέκνα*. Heracl. 327 *ἕνα γὰρ ἐν πολλοῖς ἴσως εὕροις ἂν ὅστις ἐστὶ μὴ χείρων πατρός*. Hom. Od. II, 276 *παῦροι γάρ τοι παῖδες ὁμοῖοι πατρὶ πέλονται· οἱ πλέονες κακίους, παῦροι δέ τε πατρὸς ἀρείους*.

Item plures iam temptarunt hanc de dominationis studio sententiam

fr. 172 *οὔτ' εἰκὸς ἄρχειν, οὔτ' ἐχρῆν εἶναι νόμον*
τύραννον εἶναι· μωρία δὲ καὶ θέλειν,
ὃς τῶν ὁμοίων βούλεται κρατεῖν μόνος.

Atque ut tollerent manifesta orationis vitia, Bothius proposuit v. 1. *ἄνευ νόμων*, Badham *ἄνευ νόμου*, quod probarunt plerique, equidem probare non possum. Qui *τύραννος* enim exsistat, eum facile patet exsistere *ἄνευ νόμου*; quasi vero liceat apud Graecos *τύραννον εἶναι σὺν νόμῳ*. Atque aliud est *βίᾳ νόμου*, aliud *ἄνευ νόμου*. An putas hoc dici, non oportere dominationem esse, quae careat omnino legibus? Immo vero quod corruptum librariorum sive inscientia sive incuria exstat *ΕΙΝΑΙΝΟΜΟΝ*, eius loco scribendum videtur *ΕΝΑΝΔΡΟΛΟΝ* h. e. *ἓν' ἄνδρ' ὅλων*, de qua voce cf. Soph. Ai. 1105 *οὐχ ὅλων στρατηγός*. Quae vero sequuntur verba *μωρία δὲ καὶ θέλειν* apte emendasse concederem Engerum (Adnot. ad trag. Graec.

fragm. 1863. p. 10): *μωρίαν δοκεῖ δ' ὀφλεῖν*, nisi admodum molesta esset eiusdem fere sententiae repetitio, quippe qua non amplificentur quae antecedunt vel confirmentur, sed infirmentur potius ac debilitentur. Quo quamquam caret vitio O. Hensei coniectura *μωρία δὲ καὶ φιλεῖν*, a sensu veterum tamen hoc mihi quidem nimis videtur abhorrere. Praestat certe, si quid sapio, *μωρία δὲ κὠφελεῖν*, de qua crasi cf. Krueger Gr. Gr. II. §. 14. 4. 7.

Facilius est dispicere quid scripserit poeta

fr. 175 *ὅστις δὲ πρὸς τὸ πῖπτον εὐλόφως φέρει*
τὸν δαίμον', οὗτος ἥσσόν ἐστιν ὄλβιος.

Requirit enim sententiae ratio pro *ὄλβιος* adiectivum, cui subiecta vis est infelicitatis; quare receperunt fere Scaligeri coniecturam *ἧσσόν ἐστ' ἀνόλβιος*, quamquam dubitationem habet hoc adiectivum, quo cum Herodotus I, 32 utatur, abstinuerunt tamen poetae tragici, qui dicere consuerunt *ἄνολβος*. Videndum igitur, ut alio remedio adflictae sententiae subveniatur. Quod reperire non difficile est. *ΕΣΤΙΝΟΛΒΙΟΣ* enim natum est ex *ΕΣΤΙΝΑΘΛΙΟΣ* h. e. *οὗτος ἧσσόν ἐστιν ἄθλιος*. Quae quam sint inter se similia litteris, nemo non videt. *Λ* enim post *Ν* facile intercidit, *Ο* autem et *Θ* nihil fere differunt, *Β* denique infersit qui sapere sibi videbatur in inlustrandis litteris nescio quo modo obscuratis.

Porro fr. 295 *Α. τιμή σ' ἐπαίρει τῶν πέλας μᾶλλον φρονεῖν.*
Β. θνήσκοιμ' ἄν· οὐ γὰρ ἄξιον λεύσσειν φάος
κακοὺς ὁρῶντας ἐκδίκως τιμωμένους

recte Nauckius videtur Cobeti auctoritati obsecutus v. 1 pro *μᾶλλον* nunc edidisse *μεῖζον*. Vellem ne voci *τιμή* quidem pepercisset, cuius in locum substituo *τύχη*, quod de loco suo deturbatum est propter insequens verbum *τιμωμένους*. Nec reliqua ita comparata sunt, ut vitio ea carere credam, cum inpedita quadam ambiguitate oratio laboret. Certe multo ea expeditius fluet, si admodum leni verborum mutatione sic scripseris:

θνήσκοιμ' ἄν· οὐ γὰρ ἀξιῶ λεύσσειν φάος
κακοὺς ὁρῶν τούσδ' ἐκδίκως τιμωνένους.

Adsentior autem Meinekio, qui a v. 2 aliud fragmentum ordiri statuit.

Necessitati nihil esse quod possit resistere, Euripides adfirmat

fr. 301 *πρὸς τὴν ἀνάγκην πάντα τἄλλ' ἔστ' ἀσθενῆ*

sententia quidem expedita, metro vero claudicante; cf. Nauck. *Eur. Stud.* I. p. 47. Quod vitium ita tollitur O. Hensei coniectura *τἄλλα δεύτερα*, ut paullo tamen violentius quae depravata sint correcta esse videantur. Quare a leniore verborum mutatione salutem petere malo. *ΠΑΝ ΤΑΤΑΛΛ* enim nihil est aliud nisi *ΠΑΝΤΑΓΑΝ*. h. e. *πάντ' ἄγαν*. His autem enucleatis unum relinquitur, ut invertamus paullulum ordinem verborum, cui remedio in fragmentorum potissimum vulneribus locum esse, nemo ignorat harum rerum peritus. Scribendum igitur:

πρὸς τὴν ἀνάγκην ἀσθενῆ ἐστι πάντ' ἄγαν.

Atque cum multi sint veteres in hac necessitatis vi praedicanda, ut idem Euripides dixit Hel. 513. sq. *λόγος γάρ ἐστιν οὐκ ἐμός, σοφῶν δ' ἔπος, δεινῆς ἀνάγκης οὐδὲν ἰσχύειν πλέον* et Soph. fr. 236 *πρὸς τὴν Ἀνάγκην οὐδ' Ἄρης ἀνθίσταται*, et Aesch. Prom. 514 *τέχνη δ' ἀνάγκης ἀσθενεστέρα μακρῷ*, Euripides

fr. 304 non videtur *θάρσος δὲ πρὸς τὰς συμφορὰς μέγα σθένει*
scripsisse, sed potius: *θάρσος δὲ πρὸς τὰς συμφορὰς μὲν ἀσθενεῖ*,
id quod eo confidentius audeo adseverare, quia *μέγ'* et *μέν* ut facillime poterant propter similitudinem litterarum permisceri, ita commutata inter se haud raro a librariis sunt; cf. *Philol. Vol. XIX. p.* 242.

Minus confidenter adfirmaverim quid fr. 324, 4 — 5

οὐδεὶς προσαιτῶν βίοτον ἠράσθη βροτῶν,
ἐν τοῖς δ' ἔχουσιν ἡβητὴς πέφυχ' ὅδε

pro voce *ἡβητής*, quae aperte corrupta est, poeta scripsisse videatur. Dicam tamen quod sentio. Nescio enim an sententiae consentaneum sit. quod non multum discrepat cum codicum scriptura: *ἐν τοῖς δ' ἔχουσιν εὐπετὴς πέφυχ' ὅδε.*
Similiter certe Cycl. 526 Cyclopi de Baccho interroganti *θεὸς δ' ἐν ἀσκῷ πῶς γέγηθ' οἴκους ἔχων;* Euripides Ulixem facit respondentem: *ὅπου τιθῇ τις, ἐνθάδ' ἐστὶν εὐπετής.* De sententia autem conferre iuvat

Achae. fr. 6 *οὐκ ἐν κενῇ γὰρ γαστρὶ τῶν καλῶν ἔρως*
ἔνεστι· πεινῶσιν γὰρ ἡ Κύπρις πικρά.

(sic enim manca explenda sunt), et Antiph. com. fr. 254, 3 — 4 *ἐν πλησμονῇ γὰρ Κύπρις, ἐν δὲ τοῖς κακῶς πράττουσιν οὐκ ἔνεστιν Ἀφροδίτη βροτοῖς*, quae est inrisio loci Euripidei fr. 887 *ἐν πλησμονῇ γὰρ Κύπρις, ἐν πεινῶσι δ' οὔ.*

Fr. 327 *χρείσσων γὰρ οὔτις χρημάτων πέφυκ' ἀνήρ,*
πλὴν εἴς τις· ὅστις δ' οὗτός ἐστιν, οὐχ ὁρῶ.

Leve est quod de his verbis dicam nec tamen praetermittendum. Cum sententiae enim rationi satisfecerit Badhami emendatio *οὐκ ἐρῶ*, probabilius tamen duco, quae librorum auctoritate nitantur *οὐχ ὁρῶ* nata esse ex *οὐ λέγω*, quoniam quam saepe *Λ* et *Χ* permutata in libris manu scriptis fuerint. dici vix potest. Attigi hanc rem in libello, qui inscriptus est *Krit. Miscellen Neustr.* 1868 *p.* 5, eademque ratione ductus in *Anal. Soph. et Eur.* p. 80 emendare studui Eur. Bacch. 368. Nec dubito eadem nunc medicina eis subvenire, quae male adfecta inveniuntur fr. 487 *τὸ τῆς ἀνάγκης οὐ λέγειν ὅσον ζυγόν.* Acrius enim meo quidem iudicio ac violentius remedium Nauck. (*Mél. Gr.-Rom.* II. p. 724) adhibuit, quo lenius sane hoc mihi visum est: *τὸ τῆς ἀνάγκης οὐχ ὁρᾷς ὅσον ζυγόν;* cf. Soph. Ai. 118. 386. El. 973. Eur. fr. 216. Atque uti Eur. El. 1021 perverse a libris proditum est *ᾤχετ'* pro: *κεῖνος δὲ παῖδα τὴν ἐμὴν Ἀχιλλέως λέκτροισι πείσας ὤλεσ' ἐκ δόμων ἄγων*, quam emendationem neminem confido non esse probaturum: sic pro *ὀλομέναν* Soph. Ant. 840 Fr. Martin. recte scribendum esse coniecit

οἰχομέναν, eademque emendatio necessaria est Eur. Alc. 197 καὶ κατθανών τ' ἂν ᾤχετ', ἐκφυγὼν δ' ἔχει κτλ. Quod in libris enim est ὤλετ', repugnat poetarum tragicorum consuetudini, de qua copiosius exposui *de ub. or. Soph.* II. p. 2.

Fr. 463 λύπη μὲν ἄτῃ περιπεσεῖν αἰσχρᾷ τινι·
εἰ δ' οὖν γένοιτο, χρὴ περιστεῖλαι καλῶς
κρύπτοντα καὶ μὴ πᾶσι κηρύσσειν τάδε·
γέλως γὰρ ἐχθροῖς γίγνεται τὰ τοιάδε.

Profecta haec sunt ab opinione illa veterum, qui insipientis putabant esse, in quas incidisset calamitates, divulgare sermonibus, ne inrisionis nimirum facultas esset inimicis. Eodem haec spectant: Fr. 557 ἐκμαρτυρεῖν γὰρ ἄνδρα τὰς αὑτοῦ τύχας εἰς πάντας ἀμαθές, τὸ δ' ἐπικρύπτεσθαι σοφόν. Fr. 684 σοφοὶ δὲ συγκρύπτουσιν οἰκείας βλάβας. Soph. fr. 587 μὴ σπεῖρε πολλοῖς τὸν παρόντα δαίμονα· σιγώμενος γάρ ἐστι θρηνεῖσθαι πρέπων. Fr. adesp. 416 ὅστις γ' ἔχει κάχ', εὖ φρονῶν σιγῇ στέγει (cf. *Anal. Soph. et Eur.* p. 75.) Mirum igitur, de turpi hoc loco calamitate sermonem esse, ac non de tristi, praesertim cum numquam, quantum scio, ἄτη appelletur αἰσχρά. Namque dissimile est quod invenitur Eur. Hec. 498 γέρων μέν εἰμ', ὅμως δέ μοι θανεῖν εἴη, πρὶν αἰσχρᾷ περιπεσεῖν τύχῃ τινί, quoniam servitutis hoc loco turpitudo significatur. Item νοσεῖν αἰσχρὰν νόσον fr. 826, 2 est laborare turpi ignaviae labe. Nec minus turpitudo morum describitur Eur. Or. 10. Aesch. Prom. 686. cl. 1069. Itaque admodum veri simile est, haec quoque verba eo inquinata vitio esse, quod in codd. prope tritum ac celebratum est. Αἰσχρός enim et ἐχθρός saepissime constat permixta esse, velut Herc. fur. 293. Alc. 1037. Soph. Ai. 1059. Phil. 1284. O. R. 1519. Arist. fr. 497 Dind. cf. Wecklein. *Ars Soph. emend.* p. 52. Scribendum igitur sine dubio:

λύπη μὲν ἄτῃ περιπεσεῖν ἐχθρᾷ τινι.

Quam apte autem ἄτη dicatur ἐχθρά, haec docent: Aesch. Pers. 438 καὶ τίς γένοιτ' ἂν τῆσδ' ἔτ' ἐχθίων τύχη; Soph. Phil. 683 οὐδ' ἐσιδὼν μοίρᾳ τοῦδ' ἐχθίονι συντυχόντα θνατῶν. Oed.R. 272 ἀλλὰ τῷ πότμῳ τᾷ νῦν φθερεῖσθαι, κἄτι τοῦδ' ἐχθίονι. 28 λοιμὸς ἔχθιστος. Eur. fr. 232, 3 ἔτι γὰρ θάλλει πενία, κακὸν ἔχθιστον. Quae si consideramus, intellegitur opinor non temptanda coniectando esse, quae Sophocles in El. 1189 verbis Electrae: καὶ μὴν δρᾷς γε παῦρα τῶν ἐμῶν κακῶν Orestem facit respondentem: καὶ πῶς γένοιτ' ἂν τῶνδ' ἔτ' ἐχθίω βλέπειν;

Denique de fr. 830 τίς δ' οἶδεν, εἰ ζῆν τοῦθ' ὃ κέκληται θανεῖν,
τὸ ζῆν δὲ θνήσκειν ἐστί; πλὴν ὅμως βροτῶν
νοσοῦσιν οἱ βλέποντες, οἱ δ' ὀλωλότες
οὐδὲν νοσοῦσιν οὐδὲ κέκτηνται κακά

O. Hense Lectt. Stob. p. 38 ita nuper disputavit, ut sane difficile sit, ei non adsentiri. Vituperata enim iure ac merito Herwerdeni (Exerc. crit. p. 63) coniectura: τὸ ζῆν δὲ θνήσκειν ἔστ' ἐπεὶ μόνοι βροτῶν κτλ., ipse suadet ut scribatur: τὸ ζῆν δὲ θνήσκειν ἐστί; δῆλον ὡς

βροτῶν κτλ., quae emendatio cum sententiae egregie consulit, tum litterarum similitudine magno opere commendatur, praesertim cum *Π* ex proxima sillaba *ΤΙ* facillime nasceretur. Nihilo setius non reticebo, in quam ego inciderim coniecturam, antequam legerem Hensei libellum omni laude dignum. Videbatur enim mihi quidem et sententiae consentaneum et proximum esse scripturae librorum

τὸ ζῆν δὲ θνήσκειν ἐστί; τλημόνως βροτῶν
νοσοῦσιν οἱ βλέποντες κτλ.

Adverbio autem illo usi sunt Aeschylus Ch. 748 et Euripides Tro. 40. Utrum utri praeferendum sit, aliorum sit iudicium.

Sed ab Euripide ad fragmenta Sophoclea avocor, de quibus pauca hoc loco tractabo. Ac primum quidem fr. 59. ed. N.

ἀλλ' οὐδὲν ἕρπει ψεῦδος εἰς γῆρας χρόνου

Nauckius (Mél. Gréco-Rom. II. p. 456.) vereor ne non recte repudiaverit *γῆρας χρόνου*. Ut enim Aesch. Eum. 286 non idoneum sit exemplum, quo ad illud vocabulum tuendum utare, idem tamen Aeschylus Prom. 981 dixit *ἀλλ' ἐκδιδάσκει πάνθ' ὁ γηράσκων χρόνος*· et Lucian. amor. 12 *οὐδ' αὐτὰ γέροντος ἥδη χρόνου πολιὰ καθηύαινεν.*

Emendationis vero indigent quae sunt apud Stob. flor. 108, 21.

fr. 238 *ἔχει μὲν ἀλγεινά, οἶδα· πειρᾶσθαι δὲ χρὴ*
ἐκ τῶν τοιούτων χρή τιν' ἴασιν λαβεῖν,

quibus Badham. in Eur. Hel. 752. p. 22 ita sibi videbatur lucem adferre, ut v. 2 pro *χρή* scriberet *ΔΗ*, qua coniectura una sane difficultas removetur, alterum non tollitur incommodum. Quid enim? *ἴασιν λαβεῖν ἐκ κακοῦ* putasne umquam hominem Graecum dixisse? Vehementer equidem dubito. Usitatum vero est et pervulgatum *λύειν ἐκ κακοῦ*, cf. Eur. Alc. 224, quam dicendi consuetudinem Nauck. tetigit in append. ad Soph. El. 987, ex quo consequitur, ut bene Graecum sit *λύσιν λαβεῖν ἐκ κακοῦ*. Atque hanc ipsam vocem reddendam hoc loco Sophocli duco, cum praesertim a litterarum similitudine non mediocrem haec coniectura habeat commendationem. *ΛΥΣΙΝ* enim et *ΙΑΣΙΝ* nihil admodum inter se differunt. Iam vero, quid verbo *χρή* faciendum sit, haesito, cum voce *λύσιν* restituta abicienda sit Badhami correctio. Non ineptum foret, ut opinor, *ΗΠΙΑΝΛΥΣΙΝ λαβεῖν*, h. e. *ἠπίαν λύσιν λαβεῖν*, quod non multum a librorum scriptura *ΧΡΗΤΙΝΙΑΣΙΝ* distat, malo tamen suadere ut emendetur *ἐκ τῶν τοιούτων καιρίαν λύσιν λαβεῖν.*

Deinceps fr. 323 *ταῦτ' ἐστὶν ἄλγιστ', ἢν παρὸν θέσθαι καλῶς*
αὐτός τις αὐτῷ τὴν βλάβην προσθῇ φέρων,

pro *φέρων* Nauckius commendat *θέλων*. Nescio tamen an probabilius sit *φρονῶν*, de quo participio cf. Oed. Col. 271 *ὅστις παθὼν μὲν ἀντέδρων, ὥστ' εἰ φρονῶν ἔπρασσον, οὐδ' ἂν ὧδ' ἐτιγνόμην κακός.*

Porro fr. 617 *οὕτω γυναικὸς οὐδὲν ἂν μεῖζον κακὸν*
κακῆς ἀνὴρ κτήσαιτ' ἂν οὐδὲ σώφρονος
κρεῖσσον,

nisi forte, quod de mulieribus hoc loco dicitur, ex superioribus consequens est, praestat opinor, quoniam communis sententiae naturae magis convenit, scribere *οὕτοι γυναικὸς οὐδὲν ἂν μεῖζον κακὸν κτλ.* cf. Eur. fr. 546, 1. Soph. Ant. 678.

Iam vero ut in pauca conferam, quid mihi de

fr. 736, 10 — 12 *ταῦτ' οὖν φυλαξώμεσθα, καὶ μοχθητέον,*
ὦ παῖδες, ὡς ἂν μήτ' ἀπαιδεύτων βροτῶν
δοκῶμεν εἶναι κἀποδημοῦντος πατρός . . .

videatur, sic existimo, pro *κἀποδημοῦντος* v. 12 scribendum esse *κἀπὸ ληροῦντος πατρός.*

Denique fr. 794 *βομβεῖ δὲ νεκρῶν σμῆνος ἔρχεταί τ' ἄλλη*

probarunt Nauckius cum Dindorfio coniecturam Bergkii *ἔρχεταί τ' ἄλη*, quae exemplis tamen idoneis non confirmatur, ut non dicam displicere eiusdem fere nominis repetitionem. Petita sine dubio haec verba sunt e necromantea quadam, de qua cf. Naegelsb. Nachh. Theol. p. 190 sq., ut de mortuorum animis, quae ab inferis eliciantur, cogitandum esse videatur. Ad hanc autem sententiam nihil est accommodatius hac emendatione:

βομβεῖ δὲ νεκρῶν σμῆνος ἔρχεταί τ' ἄνω.

Uti *οἱ ἄνω* enim vivi significantur (cf. Aesch. Cho. 123. 834. Soph. Oed. R. 416. El. 1167. et *Anal. Soph. et Eur.* p. 135), sic *ἄνω ἔρχεσθαι* ii dicuntur, qui ab inferis sursum ad superos escendunt; cf. Eur. Alc. 853 *καὶ πέποιθ' ἄξειν ἄνω Ἄλκηστιν.* 986 *οὐ γὰρ ἀνάξεις ποτ' ἔνερθεν κλαίων τοὺς φθιμένους ἄνω.* Herc. fur. 616 *οὐδ' οἶδεν Εὐρυσθεύς σε γῆς ἥκοντ' ἄνω.* Aesch. Pers. 645 *πέμπετε δ' ἄνω οἷον οὔπω Περσὶς αἶ' ἐκάλυψεν.* Cho. 147 *ἡμῖν δὲ πομπὸς ἴσθι τῶν ἐσθλῶν ἄνω.* Accedit evidens litterarum similitudo, quae quidem causa vitii exstitit. *H* enim et *Ω* permixta inter se sunt saepe numero. Hinc Phil. 878 *λήθη τις* pro *λώφησις* perperam scriptum (cf. *de ub. or. Soph.* II. p. 29.), hinc O. R. 49 *μεμνώμεθα* pro *μεμνήμεθα.* El. 878 *ἐναργῶς* pro *ἐναργής* (cf. Wecklein. Ars Soph. em. p. 71); hinc *ἠχώ* cum *ἠχή* haud raro commutatum, de qua re Nauckius exposuit Eur. Stud. II. p. 32. —

Restat ut aliquot attingam locos e fragmentis, quae *ἀδέσποτα* habentur, petitos. Ordiatur autem disputatio a fr. 91 *τίς ὧδε μῶρος καὶ λίαν ἀνειμένως*
εὔπιστος ἀνδρῶν, ὅστις ἐλπίζει θεοὺς
ὀστῶν ἀσάρκων καὶ χολῆς πυρουμένης,
ἃ καὶ κυσὶν πεινῶσιν οὐχὶ βρώσιμα,
5. *χαίρειν ἀπαρχαῖς καὶ γέρας λαχεῖν τόδε;*

in quibus verbis unum, si sapio, est quod egeat emendatione: dico autem *λαχεῖν* v. 5. Quid enim? Cum pronuntietur, neminem esse ita stultum et credulum, qui deos opinetur eiusmodi

delectari epulis, quas canes ipsi esurientes spernant. huic sententiae num apte putas addi *καὶ γέρας λαχεῖν τόδε* i. e. et *obtingere iis hoc munus*? Obtingit vero! Hoc potius dicendum erat, deos neque delectari istis epulis neque honoris loco habere. Quod cum *γέρας λαχεῖν τόδε* non queat significare, emendandum est:

χαίρειν ἀπαρχαῖς καὶ γέρας ἄγειν τόδε;

ἄγειν enim interdum idem valet quod *νομίζειν* vel *νέμειν*, cf. Eur. Bacch. 1036 *θήβας δ' ἀνάνδρους ὧδ' ἄγεις*; Schol. Eur. Med. 1016 *ἄγειν γὰρ τὸ τιμῆσαι φησὶν ἐν πρώτοις ἄγω καὶ ἡγούμην δ' ἀνὴρ ἀστῶν μέγιστος τῶν ἐκεῖ* (Soph. O. R. 775).

Fr. 97 *σοφὴ μὲν ἦμην, ἀλλὰ πάντ' οὐκ εὐτυχής*

quoniam, qui sapientia florebant, vix possunt praedicare, omni se caruisse felicitate, suspicor corrigendum esse *ἀλλὰ τἄλλ' οὐκ εὐτυχής*.

Fr. 100. *φρονεῖτε νῦν αἰθέρος ὑψηλότερον*
καὶ μεγάλων πεδίων ἀρούρας,
φρονεῖθ' ὑπερβαλλόμενοι
δόμων δόμους, ἀφροσύνᾳ
πρύσω βιοτὰν τεχμαιρόμενοι.
ὁ δ' ἀμφιβάλλει ταχύπους
κέλευθον ἔργῳ σκοτίαν.
ἄφνω δ' ἄφαντος προσέβα
μακρὰς ἀφαιρούμενος ἐλπίδας
θανάτῳ πολύμοχθος Ἅιδας.

Philippo haec traditur Neoptolemus tragoedus recitasse, quibus tristis qui Persis insolentia elatis instet interitus, describitur. Atque cum plurima sint in hoc carmine expedita, iure tamen offendimus primum quidem in *δόμων δόμους* v. 4, cuius loco scribendum puto *θεῶν δόμους*, cl. Sosiph. fr. 3. 5. N. *ἦν δ' εὐτυχῆτε, μηδὲν ὄντες εὐθέως ἴσ' οὐρανῷ φρονεῖτε*. Deinde vocabulum *ἔργῳ* v. 7 quid sibi velit intellegi non potest. Sed ne hanc quidem difficile est tollere difficultatem. Emendandum est enim ut paucis dicam:

ὁ δ' ἀμφιβάλλει ταχύπους
κέλευθον ἕρπων σκοτίαν

h. e. *irretit Orcus (circumveniens) veloci pede, tenebricosa via incedens*. Quod *ἀμφιβάλλει* autem interpretatus sum *irretit*, loci illius Sophoclei memor feci in Ant. 343 *κουφονόων τε φῦλον ὀρνίθων ἀμφιβαλὼν ἄγει*, quocum contulerim Eur. Hipp. 1268 *σὺ τὰν θεῶν ἄκαμπτον φρένα καὶ βροτῶν ἄγεις, Κύπρι· σὺν δ' ὁ ποικιλόπτερος ἀμφιβαλὼν ὠκυτάτῳ πτερῷ ποτᾶται κτλ.* Nisi forte supra scribendum est *ἀμφιβαίνει* cl. Eur. Andr. 1082 *ὦ μοῖρα. γήρως ἐσχάτοις πρὸς τέρμασιν οἷα με τὸν δύστηνον ἀμφιβᾶσ' ἔχεις*. Haud raro enim in ipsis codd. haec confunduntur, ut Eur. Cycl. 60 cod. B habet *ἀμφιβαίνεις*, cod. C vero *ἀμφιβάλεις*. Sed integrum relinquo. De verbo autem, quod supra posui, *ἕρπων* non vereor

ne quis dubitet. Eadem locutio invenitur Soph. Ant. 1213. Phil. 1223. cl. Aesch. fr. 189, 1,*) eiusdemque generis permulta conlegit Wunder. *Ueber Lobecks Aias p.* 51. Usurpatur autem ἕρπειν de quovis ingressu (cf. L. Schmidt. in Aesch. Prom. 127), interdumque de homine adhibetur furtim et insidiose alterum circumveniente; cf. Soph. Ant. 618. Kinkel. in Eur. Phoen. 41.

His autem admoneor ut aliquid etiam de iis addendum esse videatur, quae Sophocles Trach. 1074 Herculem dicentem facit:

καὶ τόδ' οὐδ' ἂν εἷς ποτε
τὸν ἄνδρα φαίη πρόσθ' ἰδεῖν δεδραχότα,
ἀλλ' ἀστέναχτος αἰὲν εἰπόμην κακοῖς.

Ita enim pro ἐσπόμην hodie fere scribunt, obsecuti auctoritati schol. in Ai. 317, quem apparet libro usum esse meliore. quam ii sunt, qui hodie exstant. Namque *ἀεί* non cum aoristo solet coniungi, cf. Herm. in Soph. Trach. 1074 et Nauck. Mél. Gréco-Rom. II. p. 683 sq., nec proficitur quicquam mirabili Apitzii artificio. qui *ἀστέναχτος αἰέν* consocianda esse ait. Neque vero lucem illa correctione sententiae attulerunt, cum non haberent, quo modo ipsum verbum ἕπεσθαι enodarent. Ἕπεσθαι *κακοῖς* enim neque valere potest *sequi labores*, id quod Meinekius quoque Anal. Soph. p. 306 concedit, nec *subire labores*. Exstat quidem locus apud Theognidem v. 397, cuius inmemores fuerunt interpretes

τοῦ τ' αὖτ' οὔτε κακοῖς ἕπεται νόος, οὔτ' ἀγαθοῖσιν.
τὸν δ' ἀγαθὸν τολμᾶν χρὴ τά τε καὶ τὰ φέρειν,

unde lucem adferri Sophocleis forsitan putaveris. At is ipse habet aliquid offensionis, dubitatque de eius integritate Bergkius, qui (Poet. lyr. ed. 2. p. 405) scripsisse fortasse poetam suspicatur: *τῷδ' αὖτ' οὔτε κακοῖς ἕπεται νόος κτλ.* i. e. *illi neque in adversis neque in secundis*

---

*) Breviter hic locum Sophocleum, quem olim *de ub. or. Soph. II.* p. 28. emendare conatus sum, tangere iuvat, cum Nauckium meum videam non recte indicasse, quid mihi videretur. Oed. Col. 1551 enim quod me suspicatum esse ille dicit ἤδη γὰρ ἕρπω τὸν ταλαίπωρον βίον κρύψων παρ' Ἅιδην, id certe praelaturum me esse significabam coniecturae Martini, nisi probabilius ducerem quod l. l. p. 29 scripsi:

ἤδη γὰρ ἕρπω τὸν τελευταῖον τρίβον
κρύψων παρ' Ἅιδῃ μ'· ἀλλὰ κτλ.

Exemplis autem, quibus tum utebar ad emendationem meam confirmandam, addo nunc Lycophr. 90 *σὲ Μχε-ρουσία τρίβος ξενώσεται*, et Philem. fr. spur. (4, 67) v. 6 *καὶ γὰρ καθ' Ἅιδην δύο τρίβους νομίζομεν*, ac de genere vocabuli *τρίβος* Eur. Or. 1251 *τόνδ' ἁμαξήρη τρίβον*, et v. 1274. — Idemque vocabulum Euripidi fortasse reddendum est fr. 210 *φεῦ φεῦ, βροτείων πημάτων ὅσαι τρίβοι*
ὅσαι τε μορφαί· τέρμα δ' οὐκ εἴποι τις ἂν pro eo quod in libris est: *πημάτων τύχαι*, nisi forte exquisitiore usus translatione poeta scripsit *πημάτων ὅσαι πτυχαί*.

Data autem hac occasione non praeteribo

Theogn. 1165 sq. *Τοῖς ἀγαθοῖς σύμμισγε, κακοῖσι δὲ μή ποθ' ὁμάρτει,*
εὖτ' ἂν ὁδοῦ τελέῃς τέρματ' ἐπ' ἐμπορίην,

cum nondum haec satis emendata hodie esse videantur. Taedet autem enumerare quae librorum auctoritate tradita sint maxime inter se discrepantia, praesertim cum Bergk. in ed. II, qua utor, huic operae non defuerit. Hoc contendo, finem itineris non apte commemorari, cum iubeat poeta per ipsum iter aditum sermonemque inproborum defugere. Utrum vero v. 1166 *εὖτ' ἂν ὁδοὺς τέμνῃς*, an *στέλλῃς*, an *στείχῃς* scribendum sit, non audeo diiudicare, quoniam nihil eorum non congruit sententiae, litterarumque similitudine pariter commendatur. Hoc non dubito, quin emendandum sit *ἔργματ' ἐπ' ἐμπορίης*, cf. v. 1328. Anth. Pal. VII, 694 *εἰπεῖν, οἷον ἐπ' ἔργον ἄγεις πόδας*.

rebus est prudentia, cl. v. 410 et 412. Quamquam vereor ut expediatur locus hac coniectura, qua haud scio an haec sit multo verior:

τοῦ τ' αὖτ' οὔτε κακοῖς στέργει νόος οὔτ' ἀγαθοῖσιν,

i. e. *alterius autem animus nec mala moderate ac sapienter fert nec bona*; cf. Eur. Suppl. 257 εἰ δὲ μὴ βούλει τάδε, στέργειν ἀνάγκη τοῖσι σοῖς. Valcken. in Eur. Phoen. 1679. Benseler. in Isocr. Areop. 9, 27. p. 204. Matth. Gr. §. 399. Sed mitto hunc locum, de quo sive recte iudicavi sive aberravi a vero, hoc certe sine ulla dubitatione confirmaverim, ad Sophoclea quae tractamus inlustranda illo nihil admodum profici. Nec plus proficitur hoc loco Euripideo Tro. 1008 sq. εἰς τὴν τύχην δ' ὁρῶσα τοῦτ' ἤσχεις ὅπως ἔποι' ἄμ' αὐτῇ, τἀρετῇ δ' οὐκ ἤθελες, cum Hecuba Helenam significet una fortunae specie *ductam* esse, non virtute; est igitur *servire fortunae et indulgere*. Atque cum τύχῃ facile animum capiat et inretiat inlecebris: κακά, quae quis tolerat ἀστένακτος, profecto carent ista dulcedine, eisque *studere* Hercules nequaquam potest dici. In hac igitur locorum vere similium penuria nihil sane relinquitur, nisi ut periclitemur quid coniectando proficiatur. Nec defuerunt huic operae homines docti, quamquam nemo fere satisfecit alteri. Meinekius enim l. l. proposuit εἰχόμην idque dubitanter, in defendendo vero verbo ἔπεσθαι misere lapsus operam perdidit; cf. Nauck. Mél. Gr.-Rom. II. p. 702 sq. Blaydes. autem nuper coniecit ἱπούμην speciosius ut quidem ego sentio quam verius. Scripsit Sophocles, nisi admodum fallor,

ἀλλ' ἀστένακτος αἰὲν εἶρπον ἐν κακοῖς,

de qua translatione cf. Oed. R. 80 εἰ γὰρ ἐν τύχῃ γέ τῳ σωτῆρι βαίη. El. 1056 ὅταν γὰρ ἐν κακοῖς ἤδη βεβήκῃς. 1094 ἐπεί σ' ἐφεύρηκα μοίρᾳ μὲν οὐκ ἐν ἐσθλᾷ βεβῶσαν. Eur. fr. inc. 1058, 1 ὀρθαῖς ἐν τύχαις βεβηκότα. Fr. 196, 4 τί δῆτ' ἐν ὄλβῳ μὴ ἀσφαλεῖ βεβηκότες. Fr. 10 κατθανεῖν δ' ὀφείλεται καὶ τῷ κατ' οἴκους ἐκτὸς ἡμένῳ πόνων. Soph. Ant. 614 οὐδὲν ἕρπει θνατῶν βιότῳ - ἐκτὸς ἄτας. Similia autem congessi *de ub. or. Soph.* I. p. 18.

Atque idem verbum elicere mihi videor ex eis litteris, quae obscuratae temporis iniquitate Aesch. Suppl. 518 a cod. M. sic produntur:

ἐγὼ δὲ λαὸν συγκαλῶν ἐγχωρίους
πιετω, τὸ κοινὸν ὡς ἂν εὐμενὲς τιθῶ, κτλ.

Aberrarunt enim a vero, qui coniecerunt πείσω, vel σπεύσω, vel στείχω, vel πατῶ, in quod verbum nuperrime Wecklein (Stud. zu Aesch. p. 84) incidit; nec melius esset περῶ, quod sine eius loci significatione, quo quis vel unde proficiscatur, vereor ut recte adhibeatur. Verum est quod modo indicavi: ἕρπω.

Quod verbum autem reddendum Sophocli et Aeschylo modo duxi, detrahendum illi quidem videtur Trach. 1108, ubi has minas Hercules iactat, morbo confectus:

ἀλλ' εὖ γέ τοι τόδ' ἴστε, κἂν τὸ μηδὲν ὦ,
κἂν μηδὲν ἕρπω, τήν γε δράσασαν τάδε
χειρώσομαι κἀκ τῶνδε·

Mirum enim illud μηδὲν ἕρπω, quod Blaydesio quoque ita displicuisse video, ut suaderet

κἂν μηκέθ' ἕρπω. Vereor tamen ne et verbum quod insequitur v. 1108 προσμόλοι, et quo antea Hercules usus est v. 1103 ἄναρθρος causa fuerit, cur pedum torpore debilitatorum mentionem necessariam duceret nescio quis. Ne multa: suspicor editum antiquitus fuisse

κἂν τὸ μηδὲν ὦ κἂν μηδὲν ἀρκῶ

cf. Eur. Herc. fur. 500 ὡς τάχ' οὐδὲν ἀρκέσεις. Soph. Ai. 439 οὐδ' ἔργα μείω χειρὸς ἀρκέσας ἐμῆς.

Sed restant duo triave fragmenta ἀδέσποτα, quae emendando expedire mihi videor: dico autem fr. 220 οἴμοι, τί δράσω; δυσὶ κακοῖς μερίζομαι,

ubi admirabile est, hominem μερίζεσθαι dici κακοῖς, idemque verbum Nauckio suspectum, cui in mentem venit χειμάζομαι. (cf. *Mél. Gr.-Rom.* II. p. 726.) Nec minus aptum esset πιέζομαι, cl. Eur. Alc. 894 συμφορὰ δ' ἑτέρους ἑτέρα πιέζει φανεῖσα θνατῶν. Sed probabilius existimo δυσὶ κακοῖς ἑλίσσομαι, cl. Eur. Jon. 1504 ἑλισσόμεσθ' ἐκεῖθεν ἐνθάδε δυστυχίαισιν εὐτυχίαις τε πάλιν. Or. 358 εἱλιχθεῖσαν ἀθλίοις κακοῖς. Aetate enim posteriore Ζ pro Σ scriptum fuisse docuit C. Keil in Mus. Rhen. XIX. p. 613, ut error non sit incredibilis, quo a verbo ἑλίσσομαι deducti in verbum μερίζομαι forsitan inciderint. Eademque causa factum videtur, ut

Eur. Alc. 713 καὶ μὴν Διός γε μείζον' ἂν ζῴης χρόνον

codicum memoria traditum sit, cum Euripides sine dubio scripserit μάσσον' ἂν ζῴης χρόνον cf. *Anal. Soph. et Eur.* p. 40.*

Delabor hinc ad Soph. Oed. Col. 495, ubi Oedipus et corporis infirmitate et caecitate impeditus ait

ἐμοὶ μὲν οὐχ ὁδωτά· λείπομαι γὰρ ἐν
τῷ μήτε σωκεῖν μηθ' ὁρᾶν, δυοῖν κακοῖν,

quod non potest verti: *retineor* duobus incommodis; neque commode auditur τοῦ ὁδωτὰ εἶναι, τοῦ πορεύεσθαι, quae est contorta nonnullorum interpretatio. Item repugnat consuetudini sermonis praepositio ἐν, quae non defenditur eis exemplis, quibus solent uti. Namque Eur. fr. 405, 3 (ὅσῳ τὸ θῆλυ δυστυχέστερον γένος πέφυκεν ἀνδρῶν· ἔν τε τοῖσι γὰρ καλοῖς πολλῷ λέλειπται κἀπὶ τοῖς αἰσχροῖς πλέον) λείπεσθαι ἐν καλοῖς patet esse *cedere* (viris), *inferius* esse cum virtutibus tum vitiis. Nec simile illud Euripideum Hipp. 324 οὐ δῆθ' ἑκοῦσά γ', ἐν δὲ σοὶ λελείψομαι. Contra et sententiae convenit neque abhorret a dicendi consuetudine τείρομαι γὰρ ἐν κτλ. cf. Arist. Lys. 959 ἐν δεινῷ γ', ὦ δύστηνε, κακῷ τείρει ψυχὴν ἐξαπατηθείς. Similiter χειμάζεσθαι non modo cum dativo coniungitur, sed interdum additur dativo praepositio ἐν, ut Eur. Hipp. 315. Aesch. Prom. 562.

Porro quae fr. 434 caligine quasi obruta iacent θάλλουσα λύπη τοὺς ἄγαν ὑπέρφρονας, hac mihi videor emendatione illustrare:

σφάλλουσιν ἅται τοὺς ἄγαν ὑπέρφρονας.

De sententia autem conferre iuvat Eur. Heracl. 387 τῶν φρονημάτων δ Ζεὺς κολαστὴς τῶν ἄγαν ὑπερφρόνων, et verba Veneris Hipp. 6 σφάλλω δ' ὅσοι φρονοῦσιν εἰς ἡμᾶς μέγα, quibus addo Med. 198 δειναὶ δὲ τύχαι σφάλλουσι δόμους. Fr. 256, 1 πόλλ', ὦ τέκνον,

σφάλλουσιν ἀνθρώπους θεοί. Pind. Pyth. 8, 19 *βία δὲ καὶ μεγάλαυχον ἔσφαλεν ἐν χρόνῳ.* Praeterea cf. Soph. fr. 530 *τὰν γὰρ ἀνθρώπου ζόαν ποικιλομήτιδες ἄται πημάτων πάσαις μεταλλάσσουσιν ὥραις.* Sunt fortasse, qui malint *σφάλλουσι λῦμαι*, nec ego repugno. De verbo *σφάλλειν* vero, in eiusmodi sententiis prope pervulgato, dubitari non posse mihi persuasum est. Atque idem verbum sententiae quidem hoc loco, qui omni opinione gravius depravatus est: fr. adesp. 72 *παρὰ τ' ἐλπίδα καὶ παρὰ δίκαν*

τοὺς μὲν ἀπ' οἴκων δ' ἀναπίπτοντας

ἀτὰρ θεοῦ, τοὺς δ' εὐτυχοῦντας ἄγει

egregie congrueret, si quidem liceret scribere *εὐτυχοῦντας σφάλλει*, cl. Soph. Tr. 297 *ἔνεστι ταρβεῖν τὸν εὖ πράσσοντα, μὴ σφαλῇ ποτε.* Vereor tamen, ne numeri repugnent, quamquam de iis pro certo nihil potest adfirmari. Commodius vero duco, corrupta verba sic ad sanitatem nescio quam revocare: *τοὺς μὲν ἀπ' ἄκρων καταπίπτοντας*

ὀρθοῖ θεός, τοὺς δ' εὐτυχοῦντας αἴρει.

Ac de voce *ἄκρων* cf. Soph. fr. 364; *αἴρει* autem significat: *evertit*, ut Eur. Suppl. 608 *ἀλλὰ τὸν εὐτυχίᾳ λαμπρὸν ἄν τις αἴροι μοῖρα πάλιν* et Or. 974 *φθόνος νιν εἶλε θεόθεν.* De universa denique sententia cf. Soph. Ant. 1158 *τύχη γὰρ ὀρθοῖ καὶ τύχη καταρρέπει τὸν εὐτυχοῦντα τόν τε δυστυχοῦντ' ἀεί.* Fr. adesp. 75.

Denique fr. 472 cum in libris scriptum sit

πάντα δ σοφὸς νοῦς ἐξ ἀμηχάνων ἄγει,

eo quod Nauckius edidit: *πᾶν τοι* probabilius existimo *πάντας σοφὸς νοῦς ἐξ ἀμηχάνων ἄγει.*

Sed poenitet me *denique* dixisse: praeterire enim nolo locum, quem cum M. Hauptius in *Herm. vol.* 3. p. 343 ex latebris suis apud Ambros. Epist. I, 53, 8 eruisset, in adespotis Nauckius retulit (in *ed.* 2. *fragm. Eur.* p. XXI.). Ambrosius enim *alter*, inquit, *despiciens animo βασιλέων τὰς πολυχρύσους τύχας imperialesque gazas suo erat contentus palmite*; unde trim. iamb. Hauptius effinxit, praeposito verbo *μισῶ*, Nauckius vero. non sine causa in voce *τύχας* fastidiens. commendavit: *βασιλέων τὰς πολυχρύσους χλιδάς*, quod quidem num recte fecerit, aliquid dubito. Consideranti enim litterarum formas haec mihi visa est vera loci emendatio: . . *βασιλέων τὰς πολυχρύσους στέγας*, ut barbarorum regum aedes significentur, auro insignes; cf. Pind. Pyth. 4, 95 *πολυχρύσῳ ποτ' ἐν δώματι.* Aesch. Pers. 3 *πολυχρύσων ἐδράνων.* Eur. Hel. 928 *πολυχρύσους δόμους.* Hipp. 69 *οἶκον Ζανὸς πολύχρυσον.* Arist. Nub. 599 *πάγχρυσον οἶκον.* Enn. ap. Cic. Tusc. III, 19. 45 *O Priami domus-vidi ego te-auro, ebore instructam regifice.* Hygin. 223. *Domus Cyri regis in Ecbatanis, quam fecit Memnon lapidibus variis et candidis, distinctis auro* (ex emend. mea; cf. *Krit. Misc.* p. 13). Nec facere possum, quin paucis postremo attingam, quae ex Etym. M. cod. Flor. ap. *Miller. Mél. de litt. Gr.* p. 289 petita Nauckius in eodem, quem modo dixi, libro p. XXII adfert:

μισῶ γὰρ (ex coni. Milleri) *ἐχθρῶν θῶπας εὐειδεῖς λόγους,*

cum de integritate eorum vehementer dubitem. Non dispicio enim causam, cur blanditiae et

adsentationes inimicorum potissimum invidiosae dicantur, quippe qui ne soleant quidem blanditiis permulcere. sed lacessere infestos conviciis vel pungere contumeliarum aculeis. Veterum certe hominum iudicio inimici vix umquam in suspicionem veniebant, adversariorum voluntatem adsentatiuncula quadam velle aucupari. Quare vocem ἐχθρῶν alienam sententia duco. Atque de emendatione loci cogitanti mihi occurrebat: *μισῶ γὰρ ἔμφρων θῶπας εὐειδεῖς λόγους*, i. e. *prudens ego odi blanditias*. Fateor tamen, non mihi satisfacere hanc coniecturam. Interpretatione potius rarioris verbi ἔχθω, quo usi sunt Aeschylus fr. 343, Sophocles Ai. 459. Phil. 510, Euripides Andr. 212. Med. 118, inrepsisse *μισῶ* videtur suoque loco illud deturbasse, ut scriptum antiquitus esse videatur:

ἔχθω γὰρ ἔχθω θῶπας εὐειδεῖς λόγους.

Figura autem haec, quam posui, apud tragicos non infrequens; cf. Eur. Or. 971 *βέβαχε γὰρ βέβαχε*. Alc. 328. 1097. Andr. 980. Fr. 629, 1. Quae ut sublata est inculcato verbo *μισῶ*, proclive erat, alterum ἔχθω commutare cum ἐχθρῶν.

Haec hactenus de *fragmentis*, in quibus emendandis, cum lacerae sint sententiae, fieri non potest, quin incerti saepissime vagemur atque erremus. Minus lubricum est iudicium de depravatis locis earum tragoediarum, quae plenae atque integrae memoriae nostrae traditae sunt, quamquam in his quoque tractandis omni opinione saepius criticos nos parum sapere non nescius sum. Quod pervelim rarius mihi in eis accidat quae iam adgrediar. Atque ut ab Aeschylo, uti par est, exordiar

Ag. 634 sq. chorus a praecone petit, ut de tempestate, qua Agamemnonem cum navi sua delatum esse nuntiaverit, diligentius exponat, his utens verbis:

πῶς γὰρ λέγεις χειμῶνα ναυτικῷ στρατῷ
ἐλθεῖν τελευτῆσαί τε δαιμόνων κότῳ;

In qua sententia satis dilucida unum est, quod iure admirere. Quoniam enim tempestas quae classem oppressisse dicitur inmissa est ira deorum, non sedata, natura rerum ita fert, ut irae mentio non cum verbo *τελευτῆσαι* propius consocietur, seiuncta ab ἐλθεῖν, sed potius cum hoc verbo coniungatur. Quocirca extrema horum versuum vocabula hoc modo commutanda sunt:

πῶς γὰρ λέγεις χειμῶνα δαιμόνων κότῳ
*ἐλθεῖν τελευτῆσαί τε ναυτικῷ στρατῷ;**)

Item quod praeco paullo post dicit v. 676

εἰ δ' οὖν τις ἀκτὶς ἡλίου νιν ἱστορεῖ
χλῶρόν τε καὶ βλέποντα

---

*) Simili verborum traiectione sananda duco, ut eo declinet paullulum oratio mea, Theognidea haec v. 129 sq. *Μήτ' ἀρετὴν εὔχου Πολυπαΐδη ἔξοχος εἶναι,*
μήτ' ἄφενος· μοῦνον δ' ἀνδρὶ γένοιτο τύχη.
Nimirum et rei natura et verborum vis ita fert, ut deprecetur poeta *res externas*, in quo genere sunt ἄφενος et τύχη, precetur vero amico suo *virtutem*. Quapropter sic illa scribenda iudico:
Μήτε τύχην εὔχου Πολυπαΐδη ἔξοχος εἶναι
μήτ' ἄφενος· μοῦνον δ' ἀνδρὶ γένοιτ' ἀρετή.
cf. v. 149 sq. et 145 sq.

aliquid habet incommodi. Subdubito autem de verbo ἱστορεῖ, quoniam sol *exquirere* Menelaum et *explorare* vix recte dicitur. Nihil est enim, cur de recessu potissimum nescio quo cogitandum esse videatur, ubi abditus ille lateat, ut radii solis eo debeant penetrare. Atque ipsa consuetudo sermonis vide ne repugnet, cui congruit verbum εἰσορᾶν. Uti Sol enim praedicatur πάντ' ἐποπτεύων (Aesch. Ch. 985). et παντόπτας (fr. 186, 5), vel πάντα λεύσσων (Soph. Oed. Col. 869), sic radii solis conspicientes finguntur homines atque res humanas, ut Eur. Med. 1252. Aesch. Prom. 796. Soph. El. 381. Tr. 606. Quare non vereor suadere ut corrigatur: εἰ δ' οὖν τις ἀκτὶς ἡλίου νιν εἰσορᾷ.

In eadem fabula Agamemnon in patriam reversus diis pie appellatis cum choro communicat, quae ad deos civitatemque pertineant, ea contione populi convocata se deliberaturum esse, ut quae probata sint posthac diutius maneant, quae aegra appareant ac pestifera, ea exsecentur fortiter, v. 846 sq.

καὶ τὸ μὲν καλῶς ἔχον
ὅπως χρονίζον εὖ μενεῖ βουλευτέον.

Sententia igitur plana est ac dilucida, quamquam labecula quadam inquinatur, quae tamen facile eluitur. Quid sit enim εὖ μενεῖ vix intellegitur; ἔχον autem quod modo adhibitum est, dubito num possit audiri, cum εὖ μενεῖ propius coniuncta prope postulent, ut ne dirimantur. Nec simile est, quod invenitur Cho. 338 τί τῶνδ' εὖ; τί δ' ἄτερ κακῶν; quo loco facillime auditur ἐστίν vel ἔχει. Cum vero εὖ χρονίζον (bene diuturnum) non minus perversum sit quam εὖ μένειν (bene manere), nihil relinquitur nisi ut corrigatur aut

ὅπως χρονίζον ἐμμενεῖ βουλευτέον,

aut

ὅπως χρονίζον αὖ μενεῖ βουλευτέον,

quod adverbium quam recte opponatur verbis τὸ μὲν καλῶς ἔχον, neminem fugiet; significat enim: *videndum, ut quod bene se habeat, id porro etiam maneat*; idemque vitium saepius sublatum est, ut a Marklando in Eur. Iph. Aul. 378.

Cave autem auctore Weckleinio (Ars Soph. em. p. 193) corrigas

Eur. Jon. 518 χαίρομεν· σὺ δ' εὖ φρόνει γε. καὶ δύ' ὄντ' εὖ πράξομεν,

h. e. *cum utroque nostrum bene agetur*, de quibus verbis ille parum considerate „δύ' ὄντε, inquit, apto caret sensu, nisi scribitur ἓν pro εὖ: δύ' ὄντ' ἓν πράξομεν, cf. v. 539 δύο μίαν θαυμάζομεν." Nimirum non videtur sensisse, quam insulsum esset et inelegans, quod invito poetae inculcavit: *et nos ambo idem agemus*. Non ignoro quidem, delectari praeter ceteros Euripidem ea orationis concinnitate, ut plura in eodem membro nomina numeralia consociet, de quo insigni studio cf., si tanti est, El. 1026 ἔκτεινε πολλῶν μίαν ὕπερ, quo loco ad vim sententiae augendam multum valet traiectio verborum. Ib. 337 δ δ' ἀνδρ' ἓν' εἷς ὢν οὐ δυνήσεται κτανεῖν. Herc. fur. 474 τρεῖς δ' ὄντας ὑμᾶς τριπτύχοις τυραννίσι πατὴρ ἐπύργου. Ib. 328 ἡμῖν ἵν' ἀμφοῖν εἷς ὑπουργήσῃς διπλᾶ. Jon. 1576 παῖδες γενόμενοι τέσσαρες ῥίζης μιᾶς. Hec. 45 δυοῖν δὲ παίδοιν δύο νεκρὼ κατόψεται. Hel. 731 ἢ δυοῖν κακοῖν ἓν' ὄντα χρῆσθαι. Iph. A. 1137 εἷς τριῶν δυσδαιμόνων. 1390 ἡ δ' ἐμὴ ψυχὴ μί' οὖσα πάντα κωλύσει τάδε. Iph. T. 1065 τρεῖς μία τύχη τοὺς φιλτάτους ἔχει. Heracl. 8 πλείστων μετέ-

σχον εἰς ἀνὴρ ὢν Ἡρακλεῖ. Suppl. 1201 *λαιμοὺς τρεῖς τριῶν μήλων τεμών.* Phoen. 423 *κἄδωκεν ἡμῖν δύο δυοῖν νεανίδας.* 894 *εἷς γὰρ ὢν πολλῶν μέτα.* Or. 633 *διπλῆς μερίμνης διπτύχους ἰὼν ὁδούς.* 651 *ἓν μὲν τόδ' ἡμῖν ἀνθ' ἑνὸς δοῦναί σε χρή.* 742 *ἥ πλείστους Ἀχαιῶν ὤλεσεν γυνὴ μία* (cl. Aesch. Ag. 1456). 1244 *τρισσοῖς φίλοις γὰρ εἷς ἀγών, δίκη μία.* Hipp. 258 *τὸ δ' ὑπὲρ δισσοῖν μίαν ὠδίνειν ψυχὴν χαλεπὸν βάρος.* Tro. 457 *ὡς μίαν τριῶν Ἐρινὺν τῆσδέ μ' ἐξάξων χθονός.* 817 *δὶς δὲ δυοῖν πιτύλοιν τείχη περὶ Δαρδανίας κατέλυσεν αἰχμά.* 924 *ἔκρινε τρισσὸν ζεῦγος ὅδε τριῶν θεῶν.* Fr. 362, 34 *εἷς μιᾷ μόνῃ.* Hel. 648 *δυοῖν γὰρ ὄντοιν οὐχ ὃ μὲν τλήμων, ὃ δ' οὔ.* Badham. in Eur. Hel. 730. Neque vero Euripides ita pusilli ingenii est, ut eodem semper modo omnia dicat et variare orationem vereatur. Non dubitavit igitur idem dicere El. 649 *ὑπηρετείτω μὲν δυοῖν ὄντοιν ὅδε.* Hipp. 1403 *τρεῖς ὄντας ἡμᾶς ὤλεσ', ἦσθημαι, Κύπρις.* Iph. Aul. 887 *οἰκτρὰ πάσχετον δύ' οὖσαι·* neque aliter Soph. Oed. R. 1505 *ὀλώλαμεν δύ' ὄντε.* Quae docent, opinor, Weckleinii suspicionem leviore pendi coniectura. —

Sed redeo ad Aeschylum. In eadem Agamemnone Clytemestra summum Agamemnonis amorem simulans, quam misere vixerit absente marito, apud chorum dicit sese expositurum esse. Quod consilium his aperit verbis

v. 859 *οὐκ ἄλλων πάρα*
μαθοῦσ', ἐμαυτῆς δύσφορον λέξω βίον.

In quibus vitium inesse, perspicuum est. Cum in orationem enim, qua de amore suo apud chorum praedicare vult Clytemestra, cadat omnino verbum *λέξαι πρὸς ὑμᾶς* (v. 857), ubi vitam suam se descripturam esse profitetur, non potest illa dicere *ἐμαυτῆς δύσφορον λέξω βίον*, sed potius *δείξω βίον*. Pervulgatissimo igitur illo vitio haec quoque oratio laborat, quo hominum doctorum opera multi iam scriptorum loci levati sunt. Euripidi enim Med. v. 741 idem verbum Meinekius reddidit (Philol. vol. 19. p. 145), El. 1013 Wecklein. l. l. p. 185, Sophocli El. 560 Morstadt. (*Beitr. zur Exegese etc. der El. Ai. Ant.* 1864. p. 21), tetigitque creberrimam harum vocum in libris mss. permutationem Wecklein. l. l. p. 44; addo Soph. Phil. 426.

Porro Prom. 442 Prometheus in oratione sua, qua iis beneficiis gloriatur, quibus et de diis et de genere humano bene meruerit, ubi exposuit auctorem se esse honorum, qui superis iam habeantur, sic pergit de hominibus

τὰν βροτοῖς δὲ πήματα
ἀκούσαθ', ὡς σφᾶς, νηπίους ὄντας τὸ πρίν,
ἔννους ἔθηκα καὶ φρενῶν ἐπηβόλους.

Ita enim vulgo scribitur. Displicet tamen vox *πήματα*. Non de *malis* enim, sed de *beneficiis* apte dicit, quibus mala ab hominibus propulsarit; neque enarraturum se esse profitetur, quibus olim incommodis homines laboraverint, sed potius quo modo laborantes antea ipse erudiverit (v. 446). Atque hoc caput esse, ipsa docet sententiae conformatio. An excoli et erudiri generi humano erat calamitosum? Nec verum, quod Weil. adfirmat, stabiliri vocem illam versu

445 *λέξω δὲ μέμψιν οὔτιν' ἀνθρώποις ἔχων*, quo dicto non verbum *πήματα* Prometheus choro excusat, praesertim cum ei qui de *miseriis* alterius dicit, nihil opus sit deprecatione, sed potius *inscitiae* ac *stultitiae* crimen, quo 443 sq. homines modo notavit. Immo vero ex v. 446 *ἀλλ' ὧν δέδωκ' εὔνοιαν ἐξηγούμενος* recte videmur conligere, scripsisse Aeschylum *ΤΑΔΕ βροτοῖς ΔΟΡΗΜΑΤΑ* i. e. *τὰ δὲ βροτοῖς δωρήματα*, quod quam simile sit scripturae librorum *ΤΑΝ βροτοῖς ΔΕΠΗΜΑΤΑ* luce clarius est. Ob haec autem beneficia in homines conlata Io Prometheum v. 613 sic appellat: *ὦ κοινὸν ὠφέλημα θνητοῖσιν φανείς*, quo loco, ut quasi praeteriens dicam quid sentiam, corrigendum est: *ὦ κλεινὸν ὠφέλημα*, quoniam hac voce inlustrius cum summa laus describi videtur, quam meruerit Prometheus egregio suo erga homines beneficio, tum insignis Ius admiratio. Sed de dativo, qui additus est voci *δωρήματα*, cf. Pers. 523 *ἔπειτα γῇ τε καὶ φθιτοῖς δωρήματα ἥξω λαβοῦσα κτλ.* Arist. Nub. 305 *οὐρανίοις τε θεοῖς δωρήματα*. Aesch. Prom. 612 *πυρὸς βροτοῖς δοτῆρ' ὁρᾷς Προμηθέα*. Theocr. 28. 1 *δῶρον γύναιξιν*. Stallbaum. in Plat. Apol. p. 30 a. Matth. Gr. §. 390. Krueger Gr. §. 48. 12. 5. De *numeris* denique versus cf. L. Schmidt. in Aesch. Prom. 2.

Denique quod chorus dicit

Suppl. 204 *πάτερ, φρονούντως πρὸς φρονοῦντας ἐννέπεις*,

quamquam oratio pura est et emendata, non ita conformatum est, ut cum pervulgata poetarum tragicorum consuetudine congruat, quae si non postulat at suadet certe ut leni verborum mutatione scribatur *πάτερ, φρονῶν τοι πρὸς φρονοῦντας ἐννέπεις*,

ut concinat hoc cum v. 176. Ac ne codicum quidem testimonio, quae vulgo eduntur, ita confirmata sunt, ut relinquentes ea licentiae crimen metuamus. In cod. M. enim pr. exaratum exstat *φρονοῦντος*, ut quantum ego opinione auguror aliquid certe dubitationis nobis iniciatur. De concinnitate autem illa in tragico sermone usitata ac prope trita cf. Fr. adesp. 483 *εἰς ἀσθενοῦντας ἀσθενῶν ἐλήλυθας*, in quo loco describendo librarii in similem partim errorem inciderunt. Cum apud Zenobium enim et Suidam inveniatur *ἀσθενῶν*, Gregor. Cypr. praebet *ἀσθενῶς*. Praeterea cf. Eur. Cycl. 176 *καὶ μὴν φίλοι γε προσφέρεσθε πρὸς φίλον*. El. 398 *ἐς εὐτυχοῦντας ἦγεν εὐτυχῶν δόμους*.

Transeo nunc ad locos quosdam Euripideos, male adfectos medicinaque uti videtur egentes. In quo numero est, nisi fallor

Alc. 417 *οὐ γάρ τι πρῶτος οὐδὲ λοίσθιος βροτῶν*
γυναικὸς ἐσθλῆς ἥμπλακες·

quo loco levius peccatum est. Sententiae natura enim ita fert, ut pronomine *σύ*, quo Admeti fortuna a choro ceteris opponatur, aegre careamus. Qua de causa corrigendum videtur: *οὐ γὰρ σὺ πρῶτος κτλ.* cf. v. 892 *οὐ σὺ πρῶτος ὤλεσας*.

Neque recte se habet Orestis oratio Or. 558 sq.

ἰδίοισιν ὑμεναίοισι κοὐχὶ σώφροσιν
εἰς ἀνδρὸς ἦει λέκτρα κτλ.,

quam cum Nauck. ita studuerit emendare, ut *ἀθέοισιν* edat pro *ἰδίοισιν*, cuius loco Herwerden

ad Soph. O. R. app. p. 203 scribendum suspicatus est *ἀδίκοισιν* i. e. *inlegitimis*, cl. Suppl. 1027 *εὐναὶ δικαίων ὑμεναίων*, reliquit uterque tamen, quod molesta ambiguitate laborat: *εἰς ἀνδρὸς ἥξει λέκτρα*, ut Euripidis esse non credam. Uti Iason enim semet ipsum tamquam *legitimum* Medeae maritum significat, cum dicit Med. 286 *λυπεῖ δὲ λέκτρων ἀνδρὸς ἐστερημένη*, sic hoc in quo versamur loco fieri non potest. quin de Agamemnonis lecto cogitemus. Quod ne accidat, pro *ΑΝΔΡΟCἥξει* scribendum est *ΑΛΛΕCήξει* i. e. *εἰς ἄλλ' ἐσήξει λέκτρα κτλ.* cf. Andr. 907 *ἄλλην τιν' εὐνὴν ἀντὶ σοῦ στέργει πόσις*; Ion. 1104 *πρὸς δ' Ἀφροδίταν ἄλλαν θέμενος χάριν νόθου παιδὸς ἔκυρσεν*. Med. 155 *σὸς πόσις καινὰ λέχη σεβίζει*. Ib. 489 *καινὰ δ' ἐκτήσω λέχη*. Ib. 639 *ἑτέροις ἐπὶ λέκτροις προσβάλοι δεινὰ Κύπρις*. Or. 1080 *σὺ δ' ἄλλο λέκτρον παιδοποίησαι λαβών*. El. 212 *μάτηρ δ' ἐν λέκτροις φονίοις ἄλλῳ σύγγαμος οἰκεῖ*. Med. 1001 *λεχέων ἃ σοι προλιπὼν ἀνόμως ἄλλῃ ξυνοικεῖ πόσις συνεύνῳ*. Pind. Pyth. 11, 38 *ἑτέρῳ λέχεϊ δαμαζομέναν*.

Neque vitio vacat Hipp. v. 1077, ubi cum parietes filius testatus sit, culpa se carere. Theseus acerbe eludens illum respondet:

εἰς τοὺς ἀφώνους μάρτυρας φεύγεις σοφῶς·
τὸ δ' ἔργον οὐ λέγον σε μηνύει κακόν.

Sic enim recentiores fere ediderunt, cod. B. et scholiastae auctoritatem secuti, neglecta ceterorum scriptura *φεύγεις· σαφῶς τόδ' ἔργον κτλ.* Ac recte fecerunt, quoniam oppositionis ratio, quae inter *ἀφώνους μάρτυρας* et *ἔργον*, quod coarguat, aperte intercedit, deteriorum librorum scriptura si non evertitur penitus, at vehementer infirmatur. Ita enim *ἄφωνοι μάρτυρες* iam opponuntur *ἔργῳ*, ut non liqueat, cur hoc dicatur *οὐ λέγον*. Accedit quod *σοφῶς* si scribitur et iungitur cum antecedentibus aliquid additur orationi acerbitatis. Sed ne ea quidem, quae hodie eduntur, legere queo, quin in eis offendam. Requiritur enim sine dubio, cum *ἀφώνους μάρτυρας* Theseus perstrinxerit, significatio facinoris non muti sed quod clamet; hoc enim si adfirmaret Theseus, ipsum facinus *quamvis mutum* coarguere filium. non esset. quod *mutos* ei suos testes obiceret. Sed ne diffidere videar legentium iudicio, hoc dico, non posse nos emergere ex his difficultatibus nisi hac verborum emendatione:

τὸ δ' ἔργον οὐ στέγον σε μηνύει κακόν,

i. e. *ad mutos testes scite confugis, quando quidem facinus clamans te coarguit*; vel. ut Ciceronis verbis (p. Mil. 20, 54) utar: *res loquitur ipsa*; *οὐ στέγον* enim est i. q. *non reticens, aperte loquens, clamans.* Ac notum est, *λέγειν* et *στέγειν* interdum in libris mss. permixta esse; cf. *Anal. Soph.* et *Eur.* p. 73.

Uti hoc loco *στέγειν* evanuit, sic eodem verbo *λέγειν* interdum *φέγειν* suo loco deturbatum est. praesertim si vocabulum in *ς* cadens ante ipsum positum erat. Quod quidem accidit, ut opinio mea fert. Eur. fr. 501, v. 2 *μάτην ἄρ' εἰς γυναῖκας ἐξ ἀνδρῶν φόγος*
φάλλει κενὸν τόξευμα καὶ κακῶς λέγει·

Non est enim, quod verba *καὶ κακῶς λέγει* ita desperemus. ut Herwerdeno auctore interpolata ducamus, modo quae depravata sunt emendentur. Natum est autem quod a libris traditur *ΚΑΙΚΑΚΩΣ λέγει* e *ΚΑΚΔΙΚΩΣ φέγει* i. e. *κἀκδίκως φέγει*, h. e. *inmerito de iis detrahit*;

cf. Plat. legg. p. 639 a. *τὸν τοῦ τοιούτου φόγον ἡγώμεθα ὑγιὲς ἂν ποτε φέξαι καὶ ὁτιοῦν*; cl. V. p. 731 a. *ἀδίκως φέγεσθαι*. Ad corrumpendum autem hunc locum aliquid etiam valuit insequens versus (3), similiter desinens, quae similitudo haud raro vitiorum causa exstitit, ut

Eur. fr. 504, v. 2 *ὅσοι γαμοῦσι δ' ἢ γένει κρείσσους γάμους,*
ἢ πολλὰ χρήματ', οὐκ ἐπίστανται γαμεῖν·

quam sententiam poeta in eis quae sequuntur ita studet comprobare, ut, si quis uxorem ducat genere nobiliorem vel divitiis adfluentem, sua eum libertate privari dicat neque ullo modo adiuvari. Quae cum ita sint, quam non conveniat sententiae illud *οὐκ ἐπίστανται γαμεῖν*, quis est quem fugiat? Etenim, si quid sapio, is quidem recte dicitur nescire *γαμεῖν*, qui cum pervelit uxorem ducere, sive ignavia ac pudore sive inscitia laborans ita incommode sese gerit, ut nihil tamen proficiat et repudietur. At hoc loco istorum hominum imprudentia necessario castiganda est, ut requiratur quod egregie cum sententia congruit: *οὐκ ἐπίστανται φρονεῖν*· h. e. *nesciunt ei sapere*; cf. Aesch. Eum. 115. Soph. Trach. 312. Ant. 557. Oed. Col. 1666. Eur. fr. 785, 1. 1006. Praeterea vide sis Aesch. Prom. 982 *καὶ μὴν σύ γ' οὔπω σωφρονεῖν ἐπίστασαι*. Soph. O. R. 589 *οὔτ' ἄλλος ὅστις σωφρονεῖν ἐπίσταται*. El. 394 *εἰ σύ γ' εὖ φρονεῖν ἠπίστασο*. Obscuratis autem prioribus verbi *φρονεῖν* litteris, propter vocem *γάμους* et verb. *γαμοῦσι* (v. 1) facile accidit, ut *γαμεῖν* illius locum obtineret. —

Non minus offensioni mihi est quod Hipp. 1309 Diana de Phaedrae nutrice dicit:

ἦ σῷ δι' ὅρκων παιδὶ σημαίνει νόσον.

Qui legit enim iudicio usus integro facere non potest quin de iure iurando cogitet, quo nutrix verum esse adfirmarit, quod de amore Phaedrae Hippolyto effuderit. Nam *δι' ὅρκων* quid est aliud nisi *iurata* vel *iure iurando interposito*? Quod quam non conveniat naturae rei, non opus est pluribus demonstrare apparetque ex eis quae postea ipsa Diana de fide Hippolyti dicit v. 1309 *οὐδ' αὖ πρὸς σέθεν κακούμενος ὅρκων ἀφεῖλε πίστιν*. Hoc potius dicere debebat, a nutrice iuris iurandi religione obstrictum fuisse Hippolytum, id quod factum erat, cf. v. 611. Quae cum ita sint, satis videtur veri similis esse haec emendatio:

ἦ σῷ γ' ἐνόρκῳ παιδὶ σημαίνει νόσον.

Item vitii aliquid contraxit El. 141

ἵνα πατρὶ γόους νυχίους ἐπορθροβοάσω.

Ut solerent enim per diluculum maxime veteres eiulare, qua ratione Musgravius utitur in huius loci interpretatione, nocturnis tamen lamentis num apte Electra dicatur patrem deplorare, vehementer dubitandum est. Namque prodiit illa ex aedibus, cum *Ἕως λευκὸν ὄμμ' ἀναίρεται* (v. 102). Quod cum adsentiar C. Hauptio, non possum tamen eiusdem coniecturam probare, qua in *Philol. Vol.* 33. p. 375 levare nuper sententiam difficultate sibi visus est: *γόους στυγίους*. Ad mortuum enim lamentationem pertinere, v. 144 satis liquido declaratur, neque umquam credo eiulatus istos *στυγίους* esse appellatos, quamquam *στυγίους λύπας* Euripidem Med. 195 dixisse probe scio. Aliquanto certe ad rem accommodatius esset *γόους στυγερούς*, quod confirmaretur eis, quae Electram suam Sophocles dicentem facit El. 104 *ἀλλ' οὐ μὲν δὴ λήξω θρήνων στυγερῶν τε γόων*. Sed nolo ludere coniectandi libi-

dine: non minus litterarum similitudine quam natura verbi ἐπορθοβοᾶν in primis commendatur:

ἵνα πατρὶ γόους λιγυροὺς ἐπορθοβοάσω,

cf. Med. 205 ἰαχὰν ἄιον πολύστονον γόων, λιγυρὰ δ' ἄχεα μογερὰ βοᾷ κτλ. Aesch. Pers. 332 λιγέα κωκύματα. Ib. 468 ἀναχωκύσας λιγύ. Hom. Il. 19, 5. Od. 11, 391.

De El. v. 601 sqq. ἔστιν τί μοι κατ' Ἄργος εὐμενὲς φίλων;
ἢ πάντ' ἀνεσκευάσμεθ' ὥσπερ αἱ τύχαι;
τῷ συγγένωμαι; νύχιος ἢ καθ' ἡμέραν;
ποίαν δδὸν τραπώμεθ' εἰς ἐχθροὺς ἐμούς;

quae abhinc sex annos in libello quem inscripsi *Krit. Misc.* p. 7 disputavi, ita hodie quoque probo, ut tamen alia via eaque magis expedita adflictae sententiae subvenire mihi videar. Si enim versus 603, id quod vix poterit negari, importune est interpositus Orestis orationi, haec molestia tollitur penitus, si quidem ordine versuum commutato sic dixisse Orestem statuimus:

601. ποίαν δδὸν τραπώμεθ' εἰς ἐχθροὺς ἐμούς;
ἔστιν τί μοι κατ' Ἄργος εὐμενὲς φίλων,
τῷ (cui) συγγένωμαι νύχιος ἢ καθ' ἡμέραν;
ἢ πάντ' ἀνεσκευάσμεθ', ὥσπερ αἱ τύχαι;

Quod vero v. 604 loco suo movi, propterea feci, quoniam, quod senex v. 605 respondet, cum eis quae de amicorum voluntate Orestes modo interrogavit aptius cohaeret quam cum verbis ποίαν δδὸν τραπώμεθ' εἰς ἐχθρούς ἐμούς; Ceterum quo modo ὥσπερ αἱ τύχαι (*ut mea fortuna*) emendem, nescio.*) Weckleinii autem coniectura mihi displicet.

Iussus matrem investigare Ion interrogat

Ion. 1356 πᾶσαν δ' ἐπελθὼν Ἀσιάδ' Εὐρώπης θ' ὄρους;

quae non sine offensione legerunt critici, ac Kirchhoffius quidem edidit πᾶσάν γ' ἐπελθὼν κτλ., Heimsoeth. (Krit. Stud. zu d. Gr. Trag. p. 151 sq. et p. 181.) coniecit ἢ πᾶσαν ἐλθὼν κτλ., Nauckius mavult, cum Ald. habeat ἀσίαν, quod corrigens Scaliger scripsit Ἀσιάδ' (cf. Tro. 927), librorum autem scriptura incerta sit: πᾶσαν δ' ἐπελθὼν Ἀσίδ' κτλ. At nihil horum mihi probatur, quoniam quod ipsam sententiam conturbat, coniecturis illis non tollitur. Neque opus est verbi copulati loco ἐλθὼν scribere, cum interrogatio facile careat vocula ἦ. Miror autem nihil offendisse homines doctos in voce πᾶσαν, quam ineptam hoc loco non queo non dicere. Quaerere enim, num totam Asiam deberet pervagari, esset, si recte sapio, aegre ferentis, non libenter obtemperantis Pythiae voluntati; nec quicquam est in oratione illius, unde longa sua fore itinera Ion recte conligat, ut nulla certe causa sit, cur de tota Asia pervaganda interroget. Aliter res se habet Bacch. 17, ubi Bacchus recte dicit totam Asiam sese peragrasse.

*) Haec me admonent de Eur. fr. 1027, v. 3, quem locum sic emendandum esse censeo:

ὅταν δ' ὀφρὺς πρὸς ὄψος ἠρμένον τινὰ
λαμπρῷ τε πλούτῳ καὶ γένει γαυρούμενον
ὀφρύν τε μείζω ταῖς τύχαις ἐπηρκότα κτλ.

h. e. *qui supercilium erectius habet propter secundas res.* Ineptum enim esse τῆς τύχης, satis habeo verbo significare. Causa autem vitii exstitit comparativus μείζω. Denique de vi vocis τύχαι cf. si placet Soph. fr. 583, 1. Eur. fr. 165, 2.

Quare non dubito. quin *πᾶσαν* non sit Euripideum. Viam vero emendandi monstrat vitium, quod est in ed Ald. *ἀσίαν*, quod quidem propter numeros ferri nequit Omnes tolluntur enim difficultates hac emendatione: *Ἀσίαν ἐπελθὼν αἶαν Εὐρώπης θ' ὅρους*; quod si scribitur utraque regio apta denotatur circumlocutione pariter atque Aesch. Pers. 270 *τᾶσδ' ἀπ' Ἀσίδος ἦλθεν αἴας δᾴαν Ἑλλάδα χώραν.* (Sic enim optime emendavit Weilius.)

Nec vacat vitio quod Andromacha dicit Pelei implorans auxilium,

Andr. 575 sq. *εἰ δὲ μή, θανούμεθα*
αἰσχρῶς μὲν ὑμῖν, δυστυχῶς δ' ἐμοί, γέρον.

Vix enim mihi persuadeo, ita ineptum fuisse Euripidem, ut dicentem illam faceret: *moriemur, mihi infeliciter.* Nec tribuendum istud poetae, sed alius hominis neglegentiae vel dicam insulsitati, qui inductus pronomine *ὑμῖν* parumque considerate sententiam perpendens requirebat, quod illi opponeretur. Idem igitur, quod Hel. v. 735 factum esse in *Ann. phil. et paed. Vol.* 89. p. 323 olim demonstrasse videor, hoc loco nisi fallor accidit, ut *ἐμοί* perperam scriberetur pro: *θανούμεθα αἰσχρῶς μὲν ὑμῖν, δυστυχῶς δ' ὁμοῦ, γέρον,*
i. e. *duo una moriemur, senex, ut vobis quidem ignominiose sic misere.* Cf. Soph. Ai. 406 *εἰ τὰ μὲν φθίνει, φίλοι, τίσις δ' ὁμοῦ πέλας κτλ.* (ex coni. Lobeckii.)

Item mendosa sunt Orestis verba

Andr. 1007 *ἐχθρῶν γὰρ ἀνδρῶν μοῖραν εἰς ἀναστροφὴν*
δαίμων δίδωσι, κοὐκ ἐᾷ φρονεῖν μέγα.

Nam cum Apollinem Neoptolemus olim insolentia sua, quam *μανίαν* Andromacha v. 52 dicit, impie violaverit, eamque impietatem ipsam Orestes hoc loco aperte perstringat (*κοὐκ ἐᾷ φρονεῖν μέγα*) consequi videtur, ut invisorum hominum fortunae quidem universae, quae numine divino everti soleat. significatio ad sententiam et perorationem Orestis non sit accommodata. Immo vero vocabulum desideratur, quo evidentius crimen notetur, cuius poenas Neoptolemus daturus sit; aliter enim vacare culpa facile ille videretur, id quod abhorret ab universa sententia. Itaque scribendum *ἐχθρῶν γὰρ ἀνδρῶν πεῖραν εἰς ἀναστροφὴν*
δαίμων δίδωσι, κοὐκ ἐᾷ φρονεῖν μέγα·
h. e *hominum invisorum conatum deus evertit inritumque facit*; cf. Soph. Ai. 1057 *κεἰ μὴ θεῶν τις τήνδε πεῖραν ἔσβεσεν κτλ.* Hoc addo, *π* et *μ* litteras saepissime in libris permixtas esse.*)

Unde simile vitium inrepsit in Isidor. fr. 2. p. 644. N.

θνητὸς πεφυκὼς τοὐπίσω πειρῶ βλέπειν.

Ineptum est enim eum, qui homo natus sit, admonere, ut futura conetur dispicere. Contra convenit monere, ne id gestiat facere. Quare corrigendum est:

θνητὸς πεφυκὼς τοὐπίσω μὴ ἔρα βλέπειν.

---

*) Item Eur. fr. 290 *δόλοι δὲ καὶ σκοτεινὰ μηχανήματα*
χρείας ἀνάνδρου φάρμαχ' εὕρηται βροτοῖς
pro *χρείας* v. 2, quod Nauckio quoque suspectum est, scribendum sine dubio *πείρας*, h. e. *ignavi conatus instrumentum est astutia.*

De Med. v. 509 *τοιγάρ με πολλαῖς μακαρίαν ἀν' Ἑλλάδα*
ἔθηκας ἀντὶ τῶνδε· θαυμαστὸν δέ σε
ἔχω πόσιν καὶ πιστὸν ἡ τάλαιν' ἐγώ,

Nauckius Eur. Stud. I. p. 119. ita disputavit, ut mihi quidem persuaserit, *πιστόν* v. 511 a poeta profectum non esse. Quod vero eius loco edidit *σεπτόν*, auctoritate ductus Alexandri in Walz. Rhet. Vol. 8. p. 451, qui praebet *ἔχω πόσιν καὶ σεμνόν*, quamquam accommodatum est ad sententiam, ita tamen litterarum formis ab illo discrepat, ut aliquid scrupuli apud me resideat. Malo equidem scribere *ἔχω πόσιν κἀγαστὸν ἡ τάλαιν' ἐγώ*,
quo adiectivo Euripides usus est Hec. 168; ac facile poterat fieri, ut interpretationis loco adscriberetur *σεμνόν*, cum praesertim *ἀγάσματα* et in Bekk. anecd. p. 325, 22 et apud Suidam explicentur *σεβάσματα ἃ ἄν τις ἀγάσαιτο* (Soph. fr. 882).

Contra Eur. fr. 194 *ὁ δ' ἥσυχος φίλοισί τ' ἀσφαλὴς φίλος*
πόλει τ' ἄριστος,

quo loco suadet Nauckius ut corrigatur *πόλει τ' ἀρεστός*, quod olim (*Anal. Soph. et Eur.* p. 81) probabam, nunc censeo scribendum esse: *πόλει τε πιστός*, quoniam antecedit *φίλοισί τ' ἀσφαλὴς φίλος*.

Quod vero Menand. fr. 696 (4, 273)

κακῶς ἀκούων ὅστις οὐκ ὀργίζεται,
πονηρίας ΠΛΕΙΣΤΟ τεκμήριον φέρει

diem Nauckius in *Mél. Gr.-Rom.* III. p. 320 correxit *πιστὸν τεκμήριον φέρει*, in eo non dubitarem acquiescere, nisi ad adiectivum *ΓΝΩΣΤΟΝ* (*γνωστόν*) potius me duceret litterarum similitudo. Haec autem scribens in memoriam redeo alius loci eiusdem Menandri fr. 736 (4, 282): *Κορινθίῳ πίστευε καὶ μὴ χρῶ φίλῳ*,

quem sic emendaverim: *Κορίνθιον σὺ φεῦγε καὶ μὴ χρῶ φίλῳ*.

Eur. Suppl. 247 *τί πρὸς πολίτας τοὺς ἐμοὺς λέγων καλόν*;

Thesei sunt verba, Adrasto petenti negantis consiliumque suum excusantis. In quibus scrupulum vox *καλόν* inicit, cum idoneae requiratur rationis significatio. Nec sanam duco orationem, sed *ΚΑΛΟΝ* natum potius e *ΚΕΔΝΟΝ*, ut scribendum sit immutato paullulum ordine verborum: *κεδνὸν λέγων*; quod quam recte Theseo tribuatur neminem fugiet, qui ea meminerit, quae sunt apud Suidam et Hesychium. Ille enim *κεδνός* explicat *συνετός, σώφρων ἢ φρόνιμος*, hic autem *κεδνά· ἀγαθά. συνετά. πιστά. κόσμια. σώφρονα.* Praeterea cf. Aesch. Pers. 142. 172. Eur. Alc. 39.

Item quae insequuntur v. 248 sq. *χαίρων ἴθ'· εἰ γὰρ μὴ βεβούλευσαι καλῶς,*
αὐτὸς πιέζειν τὴν τύχην ἡμᾶς λίαν

male se habent. Atque ut expediret locum Dindorfius, repudiata et Hermanni coniectura et Nauckii, post *αὐτός* statuit intercidisse aliquid. Sed facilius id adfirmaveris quam demonstraveris. Heimsoethii vero (*Krit. Stud.* p. 283) commentum iusto obscurius. Mihi quidem una maxime placet Nauckii emendatio *ἡμᾶς δ' ἐᾶν*, utpote ad sententiam in primis accommodata. Quod reliquit tamen *πιέζειν τὴν τύχην*, cum non intellegam nec spes sit, umquam

esse quemquam inlustraturum, sic emendo: *αὐτὸς στενάζειν τὴν τύχην* cl. Soph. Ant. 882 *τὸν δ' ἐμὸν πότμον — οὐδεὶς φίλων στενάζει.* Eur. Herc. fur. 248 *οὐ μόνον στενάξετε τοὺς Ἡρακλείους παῖδας, ἀλλὰ καὶ δόμου τύχας* κτλ. Ib. 1066. Infinitivum autem vim habere imperativi, verbo satis est indicare. Sententiae quidem non minus conveniret: *αὐτὸς σύ γ' ἔξεις τὴν τύχην, ἡμᾶς δ' ἔα*, ac fateor haesitare me, utrum utri praeferam.

Menelaus suam calamitatem, qua praeter ceteros vexetur, describens sic loquitur

Hel. 400 *ἐγὼ δ' ἐπ' οἶδμα πόντιον γλαυκῆς ἁλὸς*
τλήμων ἁλῶμαι χρόνον ὅσονπερ Ἰλίου
πύργους ἔπερσα κτλ.

Cum vero semet ipsum cum ceteris comparet, qui aut mortui perfuncti sint laboribus aut domum iam redierint dicatque desiderio patriae flagrans, se potissimum unum procul a patria prohiberi, nonne aptum videtur esse corrigere

ἐγὼ δ' ἔτ' οἶδμα πόντιον γλαυκῆς ἁλὸς
τλήμων ἁλῶμαι κτλ.?

cf. 520 *ἀλλ' ἔτι κατ' οἶδμ' ἅλιον τρυχόμενος οὔπω λιμένων ψαύσειεν πατρίας γᾶς.* De accusativo autem cum verbo *ἁλᾶσθαι* iuncto cf. Pflugk. in Hel. 532 et Matth. Gr. §. 409. 4. Item verbo *πλανᾶσθαι* accusativus adiunctus est sine praepositione Hel. 598.

Hel. 510 orationem suam Menelaus sic concludit:

κακῶν δέ θ' ἡμῖν ἔσχατον τοῖς ἀθλίοις,
ἄλλους τυράννους αὐτὸν ὄντα βασιλέα
βίον προσαιτεῖν.

Haec est enim codicis scriptura, quae cum ferri non possit, plerique scripsere *κακῶν δέ γ' ἡμῖν*, ut Dindorf., Fix., Badham., Hermanni adducti auctoritate; Hartung. vero *δ' ἔθ'*, Nauck. denique, quem Klotzius secutus est, *δ' ἓν ἡμῖν*. Quod vero in libro ms. est *ΔΕΘ*, eo opinor perducit, ut scribendum esse videatur *ΔΕΦ*, i. e. *κακὸν δ' ἐφ' ἡμῖν ἔσχατον* κτλ. h. e. *extremum autem malum, nobis impositum.* De praepositionis vi cf. Soph. O. R. 829 *ἆρ' οὐκ ἀπ' ὠμοῦ ταῦτα δαίμονός τις ἦν κρίνων ἐπ' ἀνδρὶ τῷδ' ἂν ὀρθοίη λόγον*; Phil. 806 *ἀλγῶ πάλαι δὴ τἀπὶ σοὶ στένων κακά.* Trach. 585 *θέλκτροισι τοῖς ἐφ' Ἡρακλεῖ.*

Hel. 785 roganti Menelao *ἦ γὰρ γαμεῖν τις τἄμ' ἐβουλήθη λέχη*;
respondet Helena: *ὕβριν θ' ὑβρίζειν εἰς ἔμ', ἣν ἔτλην ἐγώ,*
quae sane sunt obscuriora quam ut vitio ea vacare videantur. Nihil enim est *ἣν ἔτλην ἐγώ*, nisi inanis verborum sonitus, nulla subiecta sententia. Planior vero esset et evidentior haec sententia: *ἣν ἔτλην μόλις*, quod tamen a poeta profectum esse non ausim adfirmare. Tam incerta est enim et obscura significatio contumeliae vel insolentiae, qua rex voluerit violare Helenam, ut temporum iniquitate vocem quandam oblitteratam esse facile opineris, qua ratio insolentiae liquido indicaretur. Nisi forte *ἀποσιώπησιν* istam mulieris pudori statuis esse consentaneam. Quod quidem si putaveris, admodum probabile videatur, quod Nauckio in mentem venit *ὦ τλήμων ἐγώ*, vel *ὦ τάλαιν' ἐγώ*. Ut dicam tamen, quid sentiam, dubito de huius coniecturae veritate propterea quod brevi post v. 791 eadem exclamatione Helena utitur. Acce-

dit, quod verbo quodam, unde *ὑβρίζειν* pendeat, aegre caremus, cum *ἐβουλήθη* e versu proximo non possit ita repeti, ut sententiae satisfiat. Quid vero tu? inquies. Reputanti mihi, haud raro vitia eo orta esse, quod, quae in unum cogendae erant sillabae, eae discerpebantur, non ineptum videbatur *ὕβριν δ' ὑβρίζειν εἰς ἐμὴν εὐνὴν ἔτλη* i. e. *inludere audebat coniugio meo legitimo*, cf. Andr. 977; nam *εὐνήν* cum intercidisset propter vocis *ἐμήν* similitudinem, numeri temere fortasse expleti sunt appingendo pronomine. Nec falso coniugium suum Helena diceret *ἐμὴν εὐνήν*, cf. Med. 1354 *σὺ δ' οὐκ ἔμελλες τἄμ' ἀτιμάσας λέχη τερπνὸν διάξειν βίοτον ἐγγελῶν ἐμοί*. Andr. 1254 *σὲ δ' ὡς ἂν εἰδῇς τῆς ἐμῆς εὐνῆς χάριν κτλ.* Sed ne dissimulem, quod reclamitare quodam modo huic coniecturae videatur: uti *ἀποσιώπησις* illa mulieris pudori ac pudicitiae congruere videbatur, sic turpis ambiguitatis nomine notanda forsitan sit aperta haec conubii ludibrio violati commemoratio. Quapropter abiecta illa opinione hanc malo nunc commendare emendationem, si modo est:

ὕβριν δ' ὑβρίζειν εἰς ἔμ' εἶλετ' ἐγγελῶν.

Manifestum est autem, *ΗΝΕΤΑΗΝΕΓΩ* et *ΕΙΛΕΤΕΓΓΕΛΩΝ* non multum inter se distare. Et ne locutionem quidem ineptam esse, intellegitur ex Soph. Phil. 443 *θερσίτης τις ἦν, ὃς οὐκ ἂν εἶλετ' εἰς ἅπαξ εἰπεῖν, ὅπου μηδεὶς ἐῴη*. De participio denique quod addidi *ἐγγελῶν* cf. Eur. Med. 1354, quo loco modo usus sum.

Postremo de Hel. v. 1653 quid sentiam expromam. Regi Theoclymeno enim fratres Helenae de sororis fortuna exponentes his utuntur verbis:

ἐπεὶ δὲ Τροίας ἐξανεστάθη βάθρα,
καὶ τοῖς θεοῖς παρέσχε τοὔνομ' οὐκέτι,
ἐν τοῖσιν αὐτοῖς δεῖ νιν ἐζεῦχθαι γάμοις
1655. *ἐλθεῖν τ' ἐς οἴκους καὶ συνοικῆσαι πόσει.*

Scripsi haec codicis vestigiis diligenter ingressus, praeterquam quod ibi v. 1653 perverse exaratum exstat *παρέσχετ' οὔνομα οὐκέτι*. Haec autem interpretaturi haud exiguis impedimur difficultatibus, ut non mirum sit, interpretes magno opere laborasse ut in primis versui 1653, quo nihil potest cogitari obscurius, lucem adferrent. Sed, ut fit, nihil nisi hoc spectantes animo, ut quae unius eiusque deterioris codicis fide niterentur verba tuerentur et enodarent obscuriora, commiserunt, ut interpretationem laboriose excogitarent, quae oraculi simillima ipsa interpretationis indigeret. Quod utinam ne summo ipsi viro, G. Hermanno, accidisset. Is enim vetustiores nonnullas editiones Bothiumque secutus priorem sententiam concludi voluit v. 1653, vocemque *οὐκέτι* a ceteris seiungi interpunctione. Haec autem interpretatus: *postquam Helena nomen praebuit diis* (ita nimirum, ut simulacrum ab Iunone ex aethere factum diceretur), sententiam finxit, quae vix possit ab hominibus studiose in umbraculis suis legentibus, nedum ab audientibus intellegi. Nemo certe Atheniensis, quamvis consuesset Heraclitos *σκοτεινοὺς* audire, elicuisset ex verbis illis eiusmodi sententiam vel mentis suae acie dispexisset. Multo vero incredibilius suopte ingenio excogitavit W. Ribbeckius Berolinensis, qui (*In Eur. Hel. Coniect.* 1865. p. 20) suasit ut corrigeretur *καὶ τοῖς θεοῖς ἤρεσχε τοὔνομ' οὐκέτι*, quod convertit: „*postquam nomen deis iam non placebat* i. e. nomen Troiae, quam evertendam dei statuerant."

Quod inventum sane insigne si refutarem, periculum esset ne operam ego et oleum perderem. Hoc dico, id si a libris proditum esset, ferro et igni, ut ipsius Ribbeckii verbis utar, opus futurum esse ad poetae orationem ulcere quasi levandam. Atque ad hoc quidem remedium Nauckius confugiens versum 1653 exstirpandum censet, id quod recte fieri facile concederem, si certum esset et exploratum, nullam nobis patere viam, nisi eam quam ingressi essent cum Bothio Hermannus. Nunc vero duco satius esse periclitari, quid emendando proficiatur. Atque exstant vestigia eorum, quae ipsius poetae fortasse fuerunt, in litteris codice conservatis *OYNOMA* unde eruo *OXΛON*, ut haec exsistat sententia:

ἐπεὶ δὲ Τροίας ἐξανεστάθη βάθρα,
καὶ τοῖς θεοῖς παρέσχεν ὄχλον οὐκέτι.
ἐν τοῖσιν αὐτῆς δεῖ νιν ἐζεῦχθαι γάμοις,

h. e. *postquam Troia non iam deis molestiam peperit.* Quod Nauckius autem v. 1654 pro *αὐτοῖς* scripsit *αὐτῆς* vehementer mihi probatur. Denique de locutione illa *ὄχλον παρέχειν* cf. Hel. 439. Med. 338. Or. 282. —

Iam vero, quoniam aliquot Aeschyli et Euripidis sententiis subvenire pro hac tenui infirmaque parte conatus sum, non relinquam Sophoclem, praesertim cum quantum operae ac studii adhuc contuli ad huius poetae in tragoedia facile principis orationem vel explicandam vel emendandam, non sine fructu aliquo me impendisse, docti homines benigne iudicaverint. Quod quidem utinam de his quoque iudicetur, quae iam de Sophocle disputabo; neve fatale quasi sit, a loco ordiri infami prope dicam ac desperato. Etenim periculosae plenum opus aleae adgreditur, si quis, cum permulti adhuc homines docti in emendandis Neoptolemi verbis Phil. 425 frustra sudaverint, numerum coniecturarum velit adaugere. Nihilo minus meam ego audeo in lucem proferre, modo aliquid lucis adferat. Quod quidem ne iis quidem contigit, qui nuper hunc locum attigerunt, Heimsoethio dico et M. Seyfferto, quorum neuter mihi satisfecit. Namque pro *ὅσπερ ἦν* scribere *ἥδιστος*, ecquidnam aliud est quam suo arbitratu corrigere poetae orationem licentius? Sin autem Seyfferti de Sophoclis consilio adsentirer opinioni, praeferrem certe *φροῦδος, εἷς γ' ἔτ' ὢν γόνος*, h. e. *qui quidem unicus erat filius superstes.* Sed cum consentaneum sit, vehementius commotum videri Nestoris animum subita mortis vi, qua Antilochus quasi *φοράδην* sublatus fuerit, non inepte meo quidem iudicio sic loquatur forsitan Neoptolemus:

κεῖνός γε πράσσει νῦν κακῶς, ἐπεὶ θανὼν
Ἀντίλοχος αὐτῷ φροῦδός ἐστ' ἄρθην γόνος.

cf. Aesch. Prom. 1051. Eur. Ion. 1274. cl. Soph. El. 848 *φροῦδος ἀναρπασθείς.* Qua coniectura num quid profecerim, aliorum sit iudicium: ego in viam malo ingredi paullo tutiorem.

Quae securi semper legimus, admirantes scilicet sublimitatem poeticam

Ai. v. 1013 *ποῖον οὐκ ἐρεῖ κακὸν*
τὸν ἐκ δορὸς γεγῶτα πολεμίου νόθον

in novissima editione ingeniose Nauckius correxit *τὸν ἐκ λέχους γεγῶτα δοριπόνου νόθον*, coniecturamque suam sane speciosam in *Mél. Gr.-Rom.* III. p. 299 copiosius confirmare studuit,

ut prope in eo sit, ut fasces submittamus. Sed quamquam non is sum, qui memoriam librorum insigniore quadam verecundia prosequar et anili quasi ita venerer superstitione, ut ineptissima quaeque defendenda putem: fateor tamen, in eo me esse numero, qui de veritate illius coniecturae forsitan subdubitent. Hoc vero viro doctissimo vehementer adsentior, ferri nullo modo posse, quae a libris prodantur; malo tamen, si possit, paullo leniore uti remedio. Minus enim probatur mihi, ut paucis dicam, *λέχους* loco vocis *δορός* positum. Atque sic existimo, *δορὸς πολεμίου* inrepsisse in versum interpretatione aliqua poetae verbis adscripta, aditumque ad hanc verborum commutationem patefactum esse expeditiorem similitudine quadam litterarum, quae voci subditivae erat cum genuina ac vere Sophoclea. Fac enim scripsisse poetam *τὸν ἐκ χόρης γεγῶτα δοριλήπτου νόθον*, sane proclive erat, interpretationis gratia adscribere *πολέμῳ* vel *ἐκ δορὸς πολεμίου ληφθείσης*, pariter atque apud Hesychium *δορίκτητος* explicatur *αἰχμάλωτος, πολέμῳ κτηθείς*. Atque haec ipsa postea venditata partim sunt pro Sophocleis, obscuratis fortasse litteris vocabuli *χόρης*. Sed videant consules!

Oedipus e patria excessurus, quid liberis suis futurum sit, Creonti exponit monetque, ne puerorum salus ipsi curae sit, his quidem verbis

Oed. R. 1459 sqq. *παίδων δὲ τῶν μὲν ἀρσένων μή μοι, Κρέων,*
προθῇ μέριμναν· ἄνδρες εἰσίν, ὥστε μὴ
σπάνιν ποτὲ σχεῖν, ἔνθ' ἂν ὦσι, τοῦ βίου.

Hoc igitur dicit, tutore pueris non opus esse, quoniam mares sint ideoque non sit metuendum, ne umquam, ubicumque versentur, victus inopia premantur. In manifesta hac sententia unum est, quod minus dispicio: non satis liquet enim, quo consilio addat Oedipus *ἔνθ' ἂν ὦσι*. An vero de peregrinatione filiorum cogitat? Non me hercule credibile. Hic mihi adferunt verba eiusdem Oedipi v. 672 *οὗτος δ' ἔνθ' ἂν ᾖ στυγήσεται*. Quod vero de Creonte recte dicitur, cui cum antea exilium vel supplicium minitatus esset Oedipus modo aversatus acerbis verbis dimisit v. 669 *ὁ δ' οὖν ἴτω*: non idcirco idem in pueros cadit, quos pater vix potest sperare patria esse olim excessuros; certe in hac fabula nullum est huius opinionis indicium aut suspicio. Haeremus igitur impediti; nam non licet interpretari: *quacumque erunt vitae condicione*, nisi forte consocianda statuis: *ἔνθ' ἂν ὦσι τοῦ βίου* cl. Eur. Tro. 685 *ἔνθα πημάτων κυρῶ*. Ac fateor, me amplexurum esse hanc interpretationem, nisi probabilius infirmae puerorum aetatis ratio habenda esset, ut non dicam *σπάνιν* aegre carere suo genetivo. Sed cum nondum adulti fingantur Polynices et Eteocles, quos *ἄνδρας* Sophocles pariter dicit ac pueros Horatius (Carm. I, 21, 10) mares appellat, consequi videtur, ut scripsisse poetam suspicemur:

ἄνδρες εἰσίν, ὥστε μὴ
σπάνιν ποτὲ σχεῖν, ἢν θάλωσι, τοῦ βίου,

h. e. si *adoleverint*, de quo aoristo cf. Herm. in Aesch. Suppl. 663.

Posteaquam suprema Creonti dedit mandata Oedipus hoc precatur

Oed. R. 1518 *γῆς μ' ὅπως πέμψεις ἄποικον.*

Haec est enim optimi libri scriptura, cui quod in aliquot codd. invenitur *ἀπ' οἴκων* Wolff. praetulit, scilicet ne ambiguitate illa Oedipi verba laborarent, quam Nauckius recte perstrinxit

(Mél. Gr.-Rom. II. p. 716.) Neque vero eis argumentis, quibus *ἀπ' οἴκων* ille defendere studuit, adducor ut non credam, tribuendum hoc esse sedulitati hominis dubia inlustraturi. Namque rationem ubertatis *γῆς-ἀπ' οἴκων* hoc loco video nullam. Nec tamen placet mihi quod Nauckio occurrit *ἀπωστόν*, quoniam repugnare videtur huic adiectivo verbum *πέμψεις*. Aliter est enim Ai. 1019 *τέλος δ' ἀπωστὸς γῆς ἀπορριφθήσομαι*. Mihi quidem aptissimum visum est:

γῆς μ' ὅπως πέμψεις ἄοικον,

cl. Trach. 300 *ἐμοὶ γὰρ οἶκτος δεινὸς εἰσέβη, φίλαι, ταύτας ὁρώσῃ δυσπότμους ἐπὶ ξένης χώρας ἀοίκους ἀπάτοράς τ' ἀλωμένας*. Eur. Hipp. 1029. Fr. adesp. 107 *ἄπολις ἄοικος, πατρίδος ἐστερημένος* κτλ.

Quae Deianira de Acheloi forma ac specie exponit in prologo Trach. v. 10 sq.

ὅς μ' ἐν τρισὶν μορφαῖσιν ἐξήτει πατρός,
φοιτῶν ἐναργὴς ταῦρος, ἄλλοτ' αἰόλος
δράκων ἑλικτός, ἄλλοτ' ἀνδρείῳ κύτει βούπρῳρος·

legenti mihi ac relegenti ita offensioni sunt prope invito, ut de integritate eorum facere non possim quin dubitem. Non inlustravit enim G. Hermannus, quem plerique secuti sunt, sententiam, interpretatus *ἐναργὴς ταῦρος*: *nunc aperte taurus, i. e. integra tauri specie, nunc capite taurino homo.* De qua quidem interpretatione summo illi viro valde ego adsentirer, nisi interposita essent *ἄλλοτ' αἰόλος δράκων ἑλικτός*. Nunc vero tauri figura non uni illi quasi homini opposita est; ut *ταῦρος* vix possit appellari *ἐναργής* i. e. *aperte taurus*. Neque praesidio sunt ac firmamento isti explicationi quibus vulgo utuntur exempla O. R. 534 *ἔχου — λῃστής τ' ἐναργὴς τῆς τ' ἐμῆς τυραννίδος*, vel Oed. Col. 910 *πρὶν ἂν κείνας ἐναργεῖς δεῦρό μοι στήσῃς ἄγων*. Priore enim loco Creon dicitur inventus esse manifestus regni raptor et insidiator, altero virgines iubentur praesentes coram adduci. Omnino *ἐναργεῖς* prodire ei solent dici, de quorum adventu nescio quo pacto dubitatur. Recte igitur Deianira diceret: *Ἀχελῷός μ' ἐξήτει πατρὸς φοιτῶν ἐναργής* i. e. *coram ipse frequentans domum regiam*: perversum est *ἐναργὴς ταῦρος*, cuius speciem ille induerit; quasi vero dubium fuerit, utrum beluae forma indutus ille venturus sit an humana. Nec potest verus *ταῦρος* cogitari tamquam contrarius ei, qui specie fefellerit. Accedit quod aegre desideratur significatio eius loci, quem Achelous frequentare solitus sit. Nulla enim adiecta loci mentione, quo quis se conferat, *φοιτᾶν* sonare solet vagari. Quae cum ita sint, vocem *ἐναργής* aut perperam descriptam esse aut interpretationis studio quodam inrepsisse suspicor in locum adverbii *ἔναντα*, quo et Sophocles usus est Ant. 1299 *τὸν δ' ἔναντα προσβλέπω νεκρόν* et Euripides Or. 1478 *ἔναντα δ' ἦλθεν Πυλάδης*. Utrumque enim vocabulum veteres explicare consuerunt voce *φανερός* vel *φανερῶς*. —

Quamvis vehementer Meinekius (*Anal. Soph.* p. 248 sq.) in eos invehatur, qui inducti scilicet scholiastae auctoritate

El. 28 *ἡμᾶς τ' ὀτρύνεις καὐτὸς ἐν πρώτοις ἕπει*

de scripturae veritate dubitent, ipse tamen tantum abest ut difficultates explicatione sua sustulerit, ut confirmaverit suspicionem nostram; cf. Nauck. *Mél. Gr.-Rom.* II. p. 702. Quare non magis

quam Nauckius in pervulgata scriptura acquiesco, sed suspectam habeo vitiique locum insimulandum puto. Ceteros enim impellere, ipsum vero sequi quamquam in primis, non tam fortis animi est et audacis, quem laudat Orestes, quam cauti ac providi. Neque tamen satis mihi facit, quod illi in mentem venit, ἐν πρώτοισιν εἶ vel ἐν πρώτοις ἔτ' εἶ. Immo vero si reputaveris, comparari senem cum equo vetere, qui in discrimine rerum nova inflammetur alacritate certaminisque ardore, de equorum autem impetu vehementiore usitatum esse verbum φέρειν (Soph. El. 725. Eur. Hipp. 1224) vel φέρεσθαι (Plat. Phaedr. p. 254 a.), idemque φέρεσθαι omnino de alacriore cursu saepissime adhiberi, concedes opinor, nihil ad huius loci sententiam aptius esse hac emendatione:

ἡμᾶς τ' ὀτρύνεις καὐτὸς ἐν πρώτοις φέρει.

Ipsas litteras vero, quae a libris traduntur, vides vix me immutasse; nam sillaba *OIC* antegressa minime sane mirum, si *Φ* evanuit.

Quod Nauckius El. 46 μέγιστος αὐτοῖς τυγχάνει δορυξένων poeta indignum putat μέγιστος, id ei nullo modo possum adsentiri, praeferremque voci ἥδιστος, si mutatione opus esset, φέριστος, quo vocabulo in appellando maxime utuntur, ut Aesch. Sept. 39. Soph. O. R. 1149. Sed φίλος μέγιστος hoc loco non tam amicum magnum (*Cic. Ep. fam.* VII, 29, 2. *Asin. Poll. ad Cic. Ep. fam.* X, 31, 2.) h. e. *potentem multumque valentem* videtur significare, quod quidem valet, ut exemplum adferam, Rhes. 650; quam *summum* i. e. *praestantissimum et qui maximi aestimandus ac potissimum colendus sit, cui plurimam fidem habeas, cum sit benevolentissimus.* Hoc unum enim cadit in Ai. 1331 φίλον σ' ἐγὼ μέγιστον Ἀργείων νέμω. Phil. 586 ἐγώ εἰμ' Ἀτρείδαις δυσμενής· οὗτος δέ μοι φίλος μέγιστος, οὕνεχ' Ἀτρείδας στυγεῖ, ubi commune odium causa summae caritatis et amicitiae aperte significatur. Neque aliter statuendum de his locis: Eur. Med. 549 εἶτα σοὶ μέγας φίλος καὶ παισὶ τοῖς ἐμοῖσιν, (benevolentia enim quo pertineat, elucet ex v. 876 sq.) Herc. fur. 1252 εὐεργέτης βροτοῖσι καὶ μέγας φίλος. 1428 τὰ μέγιστα φίλων ὀλέσαντες. Fr. 693 τοῖς μὲν δικαίοις ἔνδικος, τοῖς δ' αὖ κακοῖς πάντων μέγιστος πολέμιος κατὰ χθόνα. Hinc Ter. Andr. V. 6, 6: pater amicus summus nobis. Denique μεῖζον φιλεῖν invenitur Anth. Pal. V, 186, 2.

Postquam Electra choro gravem animi sollicitudinem effudit, deque fratris adventu diu iam frustra exspectato inter se communicare coeperunt, subito Chrysothemis ex aedibus egressa his sororem verbis obiurgat

El. 328 sq. τίν' αὖ σὺ τήνδε πρὸς θυρῶνος ἐξόδοις
ἐλθοῦσα φωνεῖς, ὦ κασιγνήτη, φάτιν;

quae legens ac relegens solco admirari verbum ἐλθοῦσα, quo recte uteretur Chrysothemis, si ipsa antea iam in publico versata foras egredientem sororem conspexisset. Contra si antea egressam domo voluisset significare, commodius, ut opinor, erat aliter sententiam conformare. Nimirum fere idem exspectaveris quod Euripides Pentheum dicentem facit Bacch. 645 πῶς προνώπιος φαίνει πρὸς οἴκοις τοῖς ἐμοῖς, ἔξω βεβώς; vel quod paedagogus ait Eur. Med. 50 τί πρὸς πύλαισι τήνδ' ἄγουσ' ἐρημίαν ἔστηκας, αὐτὴ θρεομένη κακά; ad quod nutrix respondet v. 57 sq. ἵμερός μ' ὑπῆλθε γῆ τε κοὐρανῷ λέξαι μολούσῃ δεῦρο

δεσποίνης τύχας. Nunc vero ἐλθοῦσα participium ita languidum est et inane additamentum, ut facere non possim, quin de scripturae veritate dubitem, praesertim cum in aliorum locorum auctoritate magnum sit momentum: non dico autem El. 165 ἄτεκνος, τάλαιν', ἀνύμφευτος αἰὲν οἰχνῶ, quoniam in huius verbi locum substituendum arbitror οἰκῶ h. e. *vitam dego*, cl. Eur. fr. 708, 3 et *Anal. Soph. et Eur.* p. 39 sq., quae verba etiam Oed. Col. 1335 permixta esse, l. l. p. 44 demonstravi, — sed El. 312 ubi ipsa Electra μὴ δόκει μ' ἄν, inquit, εἶπερ ἦν πέλας, θυραῖον οἰχνεῖν et v. 516, ubi Clytemestra castigans Electram ait ἀνειμένη μέν, ὡς ἔοικας, αὖ στρέφει. Itaque admodum veri simile duco, hoc quoque loco scripsisse poetam

τὶν' αὖ σὺ τήνδε πρὸς θυρῶνος ἐξόδοις
οἰχνοῦσα φωνεῖς, ὦ κασιγνήτη, φάτιν;

ΟΙΧΝΟΥΣΑ autem ita simile est litterarum formis verbo ΕΛΘΟΥΣΑ, ut proclive sane esset, in describendo a vero aberrare.

Non minus admiror, nondum impugnatum esse quod Clytemestra dicit

El. 542 sq. ἢ τῶν ἐμῶν Ἅιδης τιν' ἵμερον τέκνων
ἢ τῶν ἐκείνης ἔσχε δαίσασθαι πλέον;

Vix enim mihi persuadeo, poetam Ἅιδην δαισάμενον induxisse, quod profecto pinguius est, quam ut elegantia Sophoclea dignum existimem. Neque ullum inveni exemplum, quo ad defendendum hoc verbum recte utare. Namque non eiusdem generis sunt, quae vulgo similia putantur Hom. Il. V, 289 αἵματος ἆσαι Ἄρηα et Aesch. Sept. 244 τούτῳ γὰρ Ἄρης βόσκεται, φόνῳ βροτῶν; neque excusatur illud nomine Cyclopis, qui apud Euripidem (Cycl. 396) θεοστυγὴς Ἅιδου μάγειρος appellatur. Quid vero dicam de Eur. Alc. 845 καίνιν (θάνατον) εὑρήσειν δοκῶ πίνοντα τύμβου πλησίον προσφαγμάτων? quem locum, si integra est scriptura, de qua re non sine causa Hartung. dubitat, defendit nisi fallor fabulae unde sumptus est ac personae loquentis natura: quamquam πίνοντα mutandum puto in πεινῶντα. Sophoclea certe urbanitas atque gravitas aspernatur lepidam istam foedamque rusticitatem. Solet vero Ἅιδης, qui φόνιος vocatur (Oed. Col. 1689. Eur. Alc. 225), δέχεσθαι dici corpora mortuorum (cf. Eur. Hel. 970. Fr. 930. Del. epigr. VIII, 149, 2. ed. Iac.), vel καθελεῖν mortales, ut Soph. Oed. Col. 1689; vel ἀποστερεῖν, ut Soph. El. 950 Ἅιδης λαβὼν ἀπεστέρηκε, vel ἁναρπάζειν, ut El. 848 ὃς γὰρ ἔτ' ἦν. φροῦδος ἁναρπασθείς, cf. Del. epigr. VIII, 89, 1. 91, 8. 112, 6. 122, 2; et rapere apud Latinos, ut Hor. Carm. II, 13, 19. 17, 5. IV, 2, 21. Ep. I, 14, 7. Verg. Georg. III, 68. Hinc rapax Orcus apud Horat. Carm. II, 18, 30, et πάντων ἁρπακτὴρ Ἀΐδης Callim. Epigr. II. cf. Peerlkamp. in Hor. Carm. II, 18, 30. Obbar. in Ep. I, 14, 7. vol. II. p. 204. Neque alienum est conferre Eur. Alc. 870 τοῖον ὄμηρόν μ' ἀποσυλήσας Ἅιδῃ θάνατος παρέδωκεν. Hipp. 799 τέκνων μοι μή τι συλᾶται βίος. Plat. Legg. IX. p. 869. b. τὴν τοῦ γεννητοῦ ψυχὴν συλήσας. Atque his ego exemplis eo perducor, ut Sophoclem scripsisse suspicer

ἢ τῶν ἐκείνης ἔσχε λῆσασθαι πλέον;

praesertim cum ΔΑΙΣΑΣΘΑΙ et ΛΗΙΣΑΣΘΑΙ tam similia litteris sint, ut commutatio eorum esset facillima. Neque illud praetermittendum duco, insigne eiusdem erroris exemplum apud Hesychium esse, qui gl. λ 159 habet λαίσασθαι· κτήσασθαι, postea vero λῃίσασθαι· κτή-

σασθαι, ἀφελέσθαι; cf. M. Schmidt. in Hes. II. p. 7. De ipso autem verbo cf. Eur. Tro. 866 *ὃς ἐξ ἐμῶν δόμων δάμαρτα ξεναπάτης ἐλήσατο* et Anth. Pal. XII, 50, 2 *οὔ σε μόνον χαλεπὴ Κύπρις ἐλητίσατο*. Neque neglegerem Soph. fr. 652, 4, nisi Nauckii coniectura huius ipsius iudicio (cf. *Obs. crit. de trag. gr. fr.* p. 27.) probabilior esset C. Keilii emendatio: *Ἄρης γὰρ οὐδὲν τῶν καλῶν λωτίζεται*, quam sententiam alia adhibita translatione sic expressit Cicero Phil. XIV, 12, 32: *Etenim Mars ipse ex acie fortissimum quemque pignerari solet*; cf. Anacr. epigr. 101 *Ἄρης δ' οὐκ ἀγαθῶν φείδεται, ἀλλὰ κακῶν*. Soph. Phil. 436 sq. Aesch. fr. 94. Eur. fr. 728.

Item labecula quadam inquinata sunt quae Chrysothemis dicit

El. 903 *κεὐθὺς τάλαιν' ὡς εἶδον, ἐμπαίει τί μου*
ψυχῇ σύνηθες ὄμμα κτλ.

Non ipsam enim fraternam Orestis figuram animo se ait conspexisse, sed potius speciem quandam consuetam animo subito obversatam esse, quae ad Orestem pertineret. Itaque *ὄμμα* mihi pariter ac Nauckio suspectum est. Atque cum schol. explicet *ὅραμα, ὃ ἀεὶ ἐφανταζόμην κατὰ ψυχήν*, hoc coniectura consequor:

ἐμπαίει τί μου ψυχῇ σύνηθες φάσμα κτλ.

quod schol. quoque nescio an legerit; cf. Nauck. Mél. Gr.-Rom. III. p. 36 sq. *ΦΑCΜΑ* autem facili errore in *ΟΜΜΑ* commutari poterat, cum praesertim proximum esset *σύνηθεϹ*. Similitudine enim litterarum saepe factum est, ut quae bis scribenda erat sillaba, scriberetur semel, vel altera propter alterius similitudinem praeteriretur. *)

*) Idem nisi fallor accidit Theogn. 1128, ubi haec sunt:

Μή με κακῶν μίμνησκε· πέπονθά τοι οἷά τ' Ὀδυσσεύς,
ὅστ' Ἀΐδεω μέγα δῶμ' ἦλυθεν ἐξαναδύς,
ὃς δὴ καὶ μνηστῆρας ἀνείλετο νηλέϊ θυμῷ
Πηνελόπης ἔμφρων, κουριδίης ἀλόχου,
ἣ μιν δήθ' ὑπέμεινε φίλῳ παρὰ παιδὶ μένουσα,
ὄφρα τε γῆς ἐπέβη δειμαλέους τε μυχούς.

Atque, ut brevi praecidam, cum Hauptio Bergk. (ed. II; novissima autem ed. num quid aliud h. l. habeat, ignoro) recte emendarunt v. 1128 *δαιδαλέου τε λέχους*, contra coniectura Wassenberghii, qui pro *ὄφρα τε γῆς* proposuit *ὄφρ' Ἰθάκης* repudianda est, quia litterarum formis hoc verbum nimis discrepat cum contestata librorum scriptura. Quod minime cadit in hanc meam emendationem: *ὄφρα πάτρης ἐπέβη κτλ.* Similitudo enim litterarum effecit, ut antegressa voce *ὄφPA* intercideret insequens *ΠΑ. ΤΕΓΗΣ* autem natum ex *ΤΡΗΣ*. — Uti *γῆν* autem hic sustuli, sic *χώρη* abiciendum

Theogn. 933 sqq. *παύροις ἀνθρώπων ἀρετὴ καὶ κάλλος ὀπηδεῖ·*
ὄλβιος ὃς τούτων ἀμφοτέρων ἔλαχεν.
πάντες μιν τιμῶσιν· ὁμῶς νέοι οἵ τε κατ' αὐτὸν
χώρης εἴκουσιν, τοί τε παλαιότεροι.

quem locum Machly nuper temptavit in *Annal. phil. et paed. vol.* 107. p. 96. De sententia autem vix potest ambigi; dicit enim poeta, qui virtute corporisque pulchritudine floreant, ab omnibus eos coli, et ab adulescentibus et a viris et ab senioribus. Alienum est enim inter iuventutem et senectutem interponere mentionem *aequalium*, quasi vero qui illis virtutibus excellat, non debeat esse adulescens vel senior. Quare refutandam duco docti illius viri coniecturam, qui, ut spero, ipse probabit meam:

πάντες μιν τιμῶσιν· ὁμῶς νέοι οἵ τε παρ' οὖρον
ὥρης ἥκουσιν, τοί τε παλαιότεροι.

Qui dicuntur autem *ἥκειν παρ' οὖρον ὥρης*, ei sunt, qui ad maturitatem aetatis pervenerunt, qui ut Homero

Nec vitio videtur carere quod sorori Electra respondet

El. 938 sq. *οὕτως ἔχει σοι ταῦτ· ἐὰν δέ μοι πίθῃ,*
τῆς νῦν παρούσης πημονῆς λύσεις βάρος.

Merito enim admiratur Nauckius locutionem *λύειν βάρος*. Coniuncta enim exstant, quae quoniam natura inter se discordant, vulgo non solent consociari. Certe non memini equidem geminum huic exemplum apud poetas tragicos usquam me legisse. Contra usitata haec sunt: *λύειν τέλος* Oed. Col. 1720, *λύσιν πόνων τελεῖν* Tr. 1171. *τέρμα περᾶν* O. R. 1530. *μόχθων τέρματα ἐξανύτειν* Eur. Bacch. 1105, de quo dicendi genere exposui *de ub. or. Soph.* II. p. 7 et *Anal. Soph. et Eur.* p. 48. Et quoniam invenitur *κακῶν πέρας* Aesch. Pers. 632. Eur. Andr. 1216. Or. 511, a vero non videtur haec coniectura aberrare:

τῆς νῦν παρούσης πημονῆς λύσεις πέρας.

Sunt fortasse qui malint *παύσεις βάρος*, cum *ΠΑΥΕΙΝ* et *ΛΥΕΙΝ* saepius commutarentur; cf. Nauck. Append. ad Soph. El. 987. At in primis illud commendatur cum consuetudine veterum *λύειν* cum *κακά* coniungendi (cf. Nauck. l. l.), tum ipso sermonis colore et elegantia. Denique quam facile *ΒΑΡΟΣ* et *ΠΕΡΑΣ* commutata fuerint, ex eis elucebit exemplis. de quibus ipse dixi in *Krit. Misc.* p. 24. —

Recte vero se habent, quae inter se altercantes Electra et Chrysothemis iactant

El. v. 1046 — 49 *ΧΡ. καὶ τοῦτ' ἀληθές, οὐδὲ βουλεύσει πάλιν;*
ΗΛ. βουλῆς γὰρ οὐδέν ἐστιν ἔχθιον κακῆς.
ΧΡ. φρονεῖν ἔοικας οὐδὲν ὧν ἐγὼ λέγω.
ΗΛ. πάλαι δέδοκται ταῦτα κοὐ νεωστί μοι.

nec ipsa verba temptare coniectando mihi in animo est: ordinem versuum temptabo, a libris traditum. Cum Chrysothemis enim frustra conata sororem a consilio revocare, interrogarit, nonne sententiam velit mutare, non inepte quidem Electra respondet, id fieri non posse, quoniam turpi consilio nihil sit invisius: ad hoc vero dictum non videntur accommodata esse, quae iam Chrysoth. dicit: *φρονεῖν ἔοικας οὐδὲν ὧν ἐγὼ λέγω*, sive vertis: *nulla in re consentimus*, sive: *nihil eorum, quae dico, curare videris.* Acerbius enim consilio suo repudiato, nihil est, cur Chrysothemis illud omnino adfirmet. Et respondet sorori, ut quidem ego sentio, iusto languidius. Conveniret, opinor, brevis refutatio criminis turpis consilii vel defensio suae rationis. Multo vero minus, quae iam sequuntur verba Electrae *πάλαι δέδοκται ταῦτα κοὐ νεωστί μοι*, quo modo cum sororis dicto apte cohaereant, intellegitur. Unum aptum esset, nisi fallor, hoc: *nec sane mirum, quoniam tu quidem non recte sentis, tuumque consilium nihili est.* Contra fixum sibi iam dudum esse ac deliberatum consilia exsequi, is recte respondet, qui iussus ab altero est denuo consilia

---

utar, *ἥβης μέτρον ἴσχοντο* (cf. Seyffert. in Cic. Lael. p. 44), eosdemque *ὡρίους* Solon fr. 27, 9 nominat; cl. Lucian. amor. 12. Plat. Timae. p. 91. c. Nec vereor idem vocabulum

Sophocli reddere fr. 713 *ὕβρις τέ τοι*
οὐπώποθ' ὥρας εἰς τὸ σῶφρον ἵκετο,
ἀλλ' ἐν νέοις ἀνθεῖ τε καὶ πάλιν φθίνει.

Nam *ἥβης* abhorret a sententia, cum insequatur *ἀλλ' ἐν νέοις ἀνθεῖ* κτλ.

sua secum reputare ac perpendere. Atque his rationibus adducor. transponendos versus illos hoc modo esse:

XP. καὶ τοῦτ' ἀληθές, οὐδὲ βουλεύσει πάλιν:
ΗΛ. πάλαι δέδοκται ταῦτα κοὐ νεωστί μοι.
XP. φρονεῖν ἔοικας οὐδὲν ὧν ἐγὼ λέγω.
ΗΛ. βουλῆς γὰρ οὐδέν ἐστιν ἔχθιον κακῆς.

Haec autem quam apte congruant inter se et cohaereant, nemo non videt. In primis commode *πάλιν* a poeta adhibitum, quo cum Chrys. mutationem consilii significet. Electra admoneri se putat de consilio denuo reputando. Atque illud etiam animadvertendum. in hoc versuum ordine de more poetarum tragicorum altercationem apte concludi ac terminari sententia communi. Denique ne causa quidem obscura est, cur versuum ordo antiquitus conturbatus esse videatur. Inducebat enim verbum *βουλεύσει* v. 1046, ut voce *βουλῆς* necessario excipi illud opinarentur.

Denique ad locum adgrediar gravius adfectum et coniecturis hominum doctorum varie temptatum, qui uti aliis sic mihi iustam haesitandi causam attulit.

El. 1143 — 48 *οἴμοι τάλαινα τῆς ἐμῆς πάλαι τροφῆς*
ἀνωφελήτου, τὴν ἐγὼ θάμ' ἀμφὶ σοὶ
1145 *πόνῳ γλυκεῖ παρέσχον· οὔτε γάρ ποτε*
μητρὸς σύ γ' ἦσθα μᾶλλον ἢ κἀμοῦ φίλος,
οὔθ' οἱ κατ' οἶκον ἦσαν, ἀλλ' ἐγὼ τροφός,
ἐγὼ δ' ἀδελφὴ σοὶ προσηυδώμην ἀεί.

Duo, si quaerimus, membra sunt orationis, vocibus *οὔτε — οὔτε* distincta, quorum posteriore summus describitur pueri in sororem amor, ut consentaneum sit, priore caritatem et curam significari, qua puerum soror sit amplexa. Haec autem tantum abest ut verbis *κἀμοῦ φίλος* exprimatur, ut universae ea sententiae cum maxime officiant. Nimirum *φίλος πατρός* et *ἐμοῦ* v. 1146 nihil esse nisi *amicus matris et meus*, demonstraret hoc. si opus esset exemplis, illud Euripidis El. 265 *γυναῖκες ἀνδρῶν, ὦ ξέν', οὐ παίδων, φίλαι* cf. Alc. 339. Sapientissimum vero poetam itane putas sensui communi repugnasse, ut puerum prope infantem diceret *matris* vel *sororis amicum*? Tale si quis Sophocle dignum iudicat, licet habeat sibi istam scilicet iudicii elegantiam. Abiectis autem his nugis plus iam sapivit scholiasta. Neque ita certa est huius scripturae fides, ut religione prohibeamur, librorum memoriam neglegere. Ex scholiastae enim explicatione: *οὐ γὰρ ἦς, φησί, τῆς μητρός ποτε ἢ καὶ ἐμοῦ μᾶλλον, ἵνα ἐπὶ τοῦ ἦσθα διαστείλωμεν· οὐκ ἦσθα τῆς μητρός ποτε ἢ καὶ ἐμοῦ μᾶλλον· οἷον, ἐγώ σοι μᾶλλον ἦμην μήτηρ ἢπερ ἡ Κλυταιμνήστρα·* videtur consequi, ut ne ille quidem *φίλος* legerit. Quod additur enim *τὸ δὲ φίλος ἀντὶ τοῦ ὅμαιμος*, tribuendum hoc sedulitati alius inepti hominis, qui, depravata oratione perverso vocabulo, quod ipse non intellegebat, cupiebat enodare; cui fidem ab ipso Meinekio habitam esse (*Anal. Soph.* p. 266), satis mirari non possum. Neque vero sanatur oratio coniectura Dindorfii, qui *τέκος* pro *φίλος* scripsit, quamquam admodum hoc probatur Morstadtio (*Beitr. zur Exeg. u. Krit. d. Soph. Tr. El. Ai. u. Ant.* 1864. p. 34.) Satis quidem esset unum verbum *εἶναί τινος* ad mutuam caritatem exprimendam, id quod perspicuum est ex Eur. El. 1103 *οἱ μέν*

εἰσιν ἀρσένων, οἱ δὲ φιλοῦσι μητέρας μᾶλλον πατρός, sed hoc loco scribendum est: ἢ χἀμοῦ θάλος, quam coniecturam esse veri similem, facile concedet, si quis quam similia sint ΦΙΛΟΣ et ΘΑΛΟΣ oculis perpenderit. Ac saepius hac voce usi poetae sunt, ut Hymn. Cer. 66. 187. Eur. El. 15; cf. *Anal. Soph. et Eur.* p. 132. Nec vereor, ne quis ambiguitatis nomine hanc emendationem reprehendat, cum matris mentio prorsus illam prohibere videatur.

His uti spero expeditis, non opus est ad amputationis vel exsectionis remedium confugere, quo cum Nauckio meo Schenkl. (*Zeitschr. f. Oesterr. Gymn.* XX. p. 539) sententiae incommodis mederi studuerunt; praestat enim sanare aegra si possit, quam vitiosa quaè videntur exsecare. Quamquam fateor equidem, ipsum me ab acriore hoc remedio non fuisse alienum; erat enim cum putarem, sic conformandam esse Electrae orationem: οὐδὲ γάρ ποτε

μητρὸς σύ γ' ἦσθας, ἀλλ' ἐγὼ μόνη τροφὸς κτλ.

arbitratus nimirum, in litteris ΜΑΛΛΟΝΗ adiectivi ΜΟΝΗ latere vestigia. Sed non ausim hoc confidentius defendere: ad eas quae restant difficultates festinat disputatio mea. Mirum enim quod insequitur: ἐγὼ δ' ἀδελφὴ σοὶ προσηυδώμην ἀεί, quo dicto nihil videtur esse absurdius. Neque enim sententiae ratione neque exemplorum similitudine satis firmiter stabilitur. An similia ducis illa, quibus Schneidewin. usus est Eur. fr. 858 ἥδε μοι τροφός, μήτηρ, ἀδελφή, δμωίς, ἄγχυρα, στέγη, Hec. 280. Arist. Av. 716, vel Eur. Alc. 646 sq. et Or. 733, quibus quidem omnes una persona caritates omnemque salutem contineri, commode exprimitur? Certe aliud opus erat verbum, atque adhibitum est προσηυδώμην. Ac nemo sanus facile dicit, si qua vere soror sit, sororem eam semper appellari. Quid vero dicam de G. Wolffio et de Weckleinio, qui incredibilia temptarunt molimina: ille enim τοὺς κατ' οἶκον ad unam Clytemestram ita referendum putat, ut aperte vis verbis adferatur; omnesque orationi nervos detraxit inculcata inani appellatione ἀδελφέ, cuius coniecturae auctor exstitit Schenkl. l. l.; alter vero (l. l. p. 112) statuit, Electram κατ' ἐξοχήν sororem ab Oreste sic appellari, quasi praeter eam sorores habeat nullas. Quid tandem? Hoc si fuisset poetae consilium, nonne necesse erat scriberet: ἐγὼ δ' ἀδελφὴ σοὶ προσηυδώμην μία? Atque non tam singularis erga Electram amor quam odium Orestis in ceteras sorores eiusmodi dicto describeretur. Hoc autem nihil ad rem. Sed mittamus mirabile istud opinionis commentum. Nihili enim est nec congruens illi, qua excellit Wecklein., ingenii subtilitati. Neque vero probabiles duco coniecturas Nauckii (ἐγὼ δὲ μήτηρ) vel Morstadtii (l. l.) ἔγωγε τίτθη. Ad sanitatem locum adflictum vocare ego mihi videor hac emendatione: οὔθ' οἳ κατ' οἶκον ἦσαν, ἀλλ' ἐγὼ τροφὸς

γεγῶσ' ἀδελφὴ σοὶ προσηυδώμην ἀεί,

i. e. *nec qui domi erant, sed ego soror nata tibi semper nutrix appellabar.* De participio γεγώς autem exposui in *Ann. phil. et paed.* 1864. *vol.* 89. p. 331. Hoc unum addo, ἀεί v. 1148 non videri temptandum esse, cum sit oppositum voci οὔτε γάρ ποτε v. 1145.

Sed sit iam huius disputationis modus, ne taedium satura mea adferat ac satietatem.

Index locorum, de quibus disputatum est.

Achae. fr. 6 . . . . p. 5
Aesch. Ag. 634 . . . 14
„ „ 676 . . . 14
„ „ 847 . . . 15
„ „ 859 . . . 16
„ Prom. 442 . . . 16
„ „ 613 . . . 17
„ Suppl. 204 . . . 17
„ „ 518 . . . 11
Eur. Alc. 197 . . . 6
„ „ 417 . . . 17
„ „ 713 . . . 12
„ „ 845 . . . 29
„ Andr. 576 . . . 21
„ „ 1007 . . . 21
„ Hel. 400 . . . 23
„ „ 510 . . . 23
„ „ 785 . . . 23
„ „ 1653 . . . 24
„ El. 141 19
„ „ 601 sqq. . . . 20
„ Hipp. 1077 . . . 18
„ „ 1309 . . . 19
„ Jon. 518 . . . 15
„ „ 1356 . . . 20
„ Med. 511 . . . 22
„ Or. 559 17
„ Suppl. 247—49 . . 22
„ Fragm. 36 . . . 1
„ „ 61 . . . 2
Eur. Fragm. 127 . . . p. 2
„ „ 167 . . . 2
„ „ 172 . . . 3
„ „ 175 . . . 4
„ „ 194, 2 . . . 22
„ „ 210 . . . 10
„ „ 290, 2 . . . 21
„ „ 295 . . . 4
„ „ 301 . . . 4
„ „ 304 . . . 5
„ „ 324, 5 . . . 5
„ „ 327 . . . 5
„ „ 463 . . . 6
„ „ 487 . . . 5
„ „ 501, 2 . . . 18
„ „ 504, 2 . . . 19
„ „ 830 . . . 6
„ „ 1027, 3 . . . 20
Fragm. adesp. 72 . . . 13
„ „ 91, 5 . . . 8
„ „ 97 . . . 9
„ „ 100 . . . 9
„ „ 220 . . . 12
„ „ 434 . . . 12
„ „ 472 . . . 13
Isidor. trag. fr. 2 . . . 21
Menand. fr. 696 . . . 22
„ „ 736 . . . 22
Soph. Ai. 1013 . . . 25
„ El. 28 27
Soph. El. 46 . . . . p. 28
„ „ 165 . . . 29
„ „ 328 . . . 28
„ „ 543 . . . 29
„ „ 903 . . . 30
„ „ 939 . . . 31
„ „ 1046—49 . . 31
„ „ 1143—48 . . 32
„ „ 1189 . . . 6
„ Oed. Col. 495 . . 12
„ „ „ 1551 . . 10
„ „ R. 1461 . . 26
„ „ „ 1518 . . 26
„ Phil. 425 . . . 25
„ Trach. 11 . . . 27
„ „ 1074 . . . 10
„ „ 1108 . . . 11
„ Fragm. 59 . . . 7
„ „ 238 . . . 7
„ „ 323 . . . 7
„ „ 617 . . . 8
„ „ 713, 2 . . . 31
„ „ 736, 12 . . . 8
„ „ 794 . . . 8
Theogn. 129 . . . 14
„ 397 10
„ 935 sq. . . . 30
„ 1128 . . . 30
„ 1166 . . . 10
Trag. inc. ap. Ambros. . . 13
Trag. inc. in Etym. M. . . . . p. 13.

Addenda et corrigenda.

p. 7. v. 8 adscribe Iph. Aul. 1165.
„ „ v. 20 lege *οἶδα*.
„ 14. v. 23 „ *κότῳ*.
„ 18. de vi vocis *ἀνήρ* adde Iph. A. 1224.
p. 20. v. 28 lege *ἐλθών*.
„ 22. v. 20 „ idem.
„ „ v. 27 „ orati-
„ 24. v. 8 adde Iph. A. 1156.
p. 8. de Soph. fr. 736, 12 fere idem iam M. Schmidtium coniecisse, sero vidi.

PA
3521
S34

Schmidt, F W
Satura critica

PLEASE DO NOT REMOVE
CARDS OR SLIPS FROM THIS POCKET

UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARY